
DECRETA CAPITULORUM GENERALIUM CLERICORUM REGULARIUM...

Chierici regolari minori, Nicola Billy




VITT. EMANUELE





DECRETA
Capitulorū
Generalium
Cler. Regul. Min.



DECRETA
CAPITVLORVM GENERALIVM CLERICORVM REGVLARIVM MINORVM.







ROMÆ, Typis Angeli Bernabò. 1678.

Superiorum permissu.

Religio
Clericorum Regularium Minorum
Neapoli Instituta
A VV. PP. Augustino Adorno ianuense Francisco, & Augustino Caracciolis neapolitanis.

APprobata primo fuit à Sixto V. vt in Bull. tom. 2. const. 81.

Deinde à Gregorio XIV. confirmata 18. Februarij 1591. & ab eodem priuilegijs locupletata, vt in Bull. tom. 2. const. 2.

Postea à Clemente VIII. pariter confirmata die 1. Iunij 1592.

Et demum à Paulo V. iterum atque iterum approbatæ, & confirmatæ fuerunt constitutiones, & decreta Religionis nempe die 25. Octobris 1605. & die 8. Octobris 1612.

ALOY-

Ransumptum chirographi V. P. N. Augustini Adorni Ianuen. in seculo Ioannes Augustinus, in quo enumerat consortes, qui ad instituendam nouam nostram Religionem confluxerant, & precipuè DD. Fabritium, & Ascanium Caracciolos in Religione postea Augustinum, & Franciscum nominatos.

Io Gio: Agostino Adorno sacerdote genouese con la presente come publico instrumento stipulato, & iurato, con ogni solennità declaro, come hauendo da molto tempo in qua trattato con alcuni compagni, tanto nella città di Genoua, come di Napoli per seruitio del Signor Dio, in salute dell'anime nostre, e del prossimo di fondare vna nuoua Religione di Preti Regolari, sempre che così hauesse piaciuto alla Santità del Papa, per lo che conferitomi in Roma, in nome mio, e di detti miei compagni, e dato supplica à N. S. Sisto Quinto per l'approbatione di detta Religione, e con l'aiuto del Signor Dio ottenuto l'approbatione di essa, sotto il nome de' Clerici Regolari Minori, come appare per breue spedito à di primo di Luglio di questo presente anno 1588. al quale mi rimetto. Nel qual breue fra le altre potestà concedute à me, & à ciascheduno de miei compagni, vi è, che ogni vn di noi possa far subito professione, quando li piacerà, in mano di qualsiuoglia Prelato. Et perche in detto breue non vi è espressa, e nominata se non la persona di me Gio: Agostino Adorno sacerdote genouese, & per giuste cause taciuto in esso il nome di detti miei compagni, ad instanza de' quali vnitamente con me si è domandata, & ottenuta la detta gratia. Perciò ad ogni miglior modo per chiarezza della verità, à lode è seruitio di Dio S N. declaro, che fra li altri miei compagni, che non sono altrimente espressi, e nominati in detto breue in Genoua è il Signor Vincenzo Giustiniano genouese, & il Signor Gio: Battista Fauia sauonese,

se,

In Religione Augustinus, & Franciscus Caraccioli vocati.
Augustinus, & Franciscus Caraccioli hi solū duo permanserunt in sancto proposito cum P. nostro Augustino Adorne.
Cæteri nominati omnes recesserunt.

se, & in Napoli li Signori Fabritio, & Ascanio Caraccioli, Scipione Vollaro napolitani, Marsilio Merola di terra d'Otranto, & Pietro Bacchedano Spagnolo, & altri compagni che si declararanno per me detto Gio: Agostino, & in Genoua per detti Signori Vincenzo, e Gio: Battista; & in Napoli per detti Signori Fabritio, & Ascanio Caraccioli, & in fede del vero ho fatto la presente declaratione scritta, e sottoscritta di mia propria mano, & sigillata col mio solito sigillo hoggi in Napoli à 20. d'Agosto 1588.

Io Gio: Agostino Adorno affermo, e declaro in tutto come sopra di mano propria.

Locus † sigilli.

Fidem facio ego Deodatus de Felice de Neapoli publicus Apostolica auctoritate Notarius, Curiaque Archiepiscopalis neapolitanæ actorum magister, qualiter præsentem declarationem esse scriptam, & subscriptam propria manu supradicti D. Io: Augustini Adorni principalis, ac sigillatam suo proprio sigillo in mei præsentiam, & in fidem hic me subscripsi, & meo signo signaui rogatus, & requisitus hodie præsenti die 20. Mensis Augusti 1588.

Locus † signi.

HVius transumpti originale exemplar asseruatur in nostro generali Vrbis archiuio, in domo S. Laurentij in Lucina, inter alias Religionis scripturas. Typis expositum est ad solatium omnium religiosorum, vt sciant quos Patres habeant, & Pastores, per quorum monita, & instituta decreuit eos Deus regnis cælestibus inserendos.

Se-

Sequitur eiusdem chirographi in latinum translatio.

EGo Ioannes Augustinus Adornus sacerdos ianuensis praesenti chirographo tanquam publico instrumento stipulato, & iurato cum omnibus solemnitatibus, declaro qualiter ex longo ab hinc tempore pertractauerim cum aliquibus socijs, tam Ianuae, quam Neapoli pro Domini Dei obsequio, in salutem animarum nostrarum, & proximi, religiosum nouum ordinem presbyterorum regularium instituere, quotiescumque ita placuisset Pontificis Sanctitati. Idcirco Romam me contuli, tam nomine proprio, quam dictorum meorum sociorum, & supplici libello porrecto Domino Nostro Sixto V. ad ritè comprobandum dictum religiosum ordinem, & Domino Deo fauente impetrata fuit approbatio eiusdem, addito nomine Clericorum Regularium Minorum, vt constat ex breui, sub data, die prima Iulij huius praesentis anni 1588. cui habeatur ratio. In quo breui, inter caeteras facultates mihi, & cuilibet meorum sociorum cōcessas, adest, vt quilibet nostrum statim possit, quando ei libuerit, emittere coram quocumque Praesuli professionem. Et quia in dicto breui non exprimitur, & nominatur nisi mei Ioannis Augustini Adorni sacerdotis ianuensis persona, & iustis de causis in eo, silentio dictorum meorum sociorum nomine inuoluto. Ad quorum postulationem vna mecum coniunctim, petita, & obtenta fuit dicta gratia. Ideo ad omnem bonum finem, & vt clarius veritas pateat, ad laudem, & obsequium Dei Domini nostri declaro, quod inter alios meos socios, qui non sunt aliter expraessi, & nominati. Ianuae est Dominus Vincentius Iustinianus ianuensis, & Dominus Ioannes Baptista Fauia sauonensis. Et Neapoli DD. Fabritius, & Ascanius Caraccioli, Scipio Vollarus neapolitani, Marsilius Merola salentinus, & Petrus Bacchedano hispanus, & alij socij à me dicto Ioanne Augustino declarandi, &

Ianuae

Ianuæ à dictis dominis Vincentio, & Ioanne Baptista; & Neapoli à dictis DD. Fabritio, & Ascanio Caracciolis. Et in fidem veritatis præsentem declarationem feci, scriptam, & subscriptam mea propria manu, signatamque meo consueto sigillo. Neapoli die 20. Augusti 1588.

Ego Ioannes Augustinus Adornus confirmo, & declaro in totum, vt supra mea propria manu.

Locus † sigilli.

Obserua.

EX *recensitis, quinque solum tributam fuisse facultatem alios nominandi; & ex istis quinque, tres tantummodo perstitisse ad arduum opus perficiendum, Io: Augustinum Adornum, Fabritium, & Ascanium Caracciolos.*


Qui postea in Religione vocati sunt.

P. Augustinus Adornus.
P. Augustinus Caracciolus.
P. Franciscus Caracciolus.

ALOYSIVS VAZQVEZ
CLERICORVM REGVLARIVM MINORVM PRÆPOSITVS GENERALIS

omnibus noſtræ Religionis alumnis

Salutem in Domino.



CONSTITVTIONIBVS nuper impreſſis, en modo accedunt capitulorum generalium decreta, à ſeptimo nempè ad decimumnonum incluſiuè; quorum notæ in eiuſdem conſtitutionis margine ſunt adſcriptæ. Sed quoniam ex prædictis decretis aliqua dubiæ erant intelligentiæ, alia ob temporum varietate difficilis praxis: ideo, ad commune Religionis bonum, in capitulo generali decimonono alia ex ijs confirmata ſunt, alia reſtricta, alijs aliquid additum. Et demum breui, ſed debito ordine iuxta materias de quibus agitur, diſtributa, typis mandata ſunt cum notis in margine eorum decretorum, quæ vt plurimum conſona ſunt conſtitutioni; quam aliquando ampliant, eique addunt, vel decla-


declarant; aliquando limitant, & restringunt. Decreta vero capitulorum generalium XVIII. & XIX. omnia ferè per extensum, pro vt ab ipsis capitulis edita sunt; nonnulla tamen elegantiori stylo in arctum, impressioni sunt tradita. Accipite ergo, venerabiles religiosi, grato animo, serenoque vultu, quod in communem vtilitatem factum non modicè profuturum speramus. Valete, & pro me exorate. Romæ in nostræ residentiæ domo S. Laurentij in Lucina die 12. Martij 1678.

C.A-

CAPITVLI GENERALIS DECIMIOCTAVI.

DECRETA.

I. *De Generalis duratione.*



CVM nostræ constitutiones iubeant, & consuetudo obtinuerit, officium Præpositi generalis vt sexennio tantum duret, visum est constitutionem, & consuetudinem decreto præsenti roborare, ideoque in posterum non eligetur, nisi ad sexennium. Non obstantibus quibuscumque, & signanter reuocato decreto decimosexto præcedentis capituli generalis decimiseptimi.

iuxta const. par.4. c.18. n. 4. & 10. & abrogat. dec.16. c.g. 17.

II. *De Procuratoris generalis in consultationem generalem ingressu.*

PLenam rerum notitiam Procurator generalis videtur exigere, vt suum exactè exercere valeat officium: ideoque liberum ei semper erit consultationi generali, cum habebitur, interesse: suffragium autem nullum ferat; nisi aliàs illi de iure competat: eius tamen absentia actus consultationis inualidi non reddentur.

addit. cōst. p. 4. c. 20. n.8.

III. *Priuilegium Prouincialis prouinciæ romanæ.*

AD decorem romanæ prouinciæ sancitum est, Prouincialem romanum gaudere priuilegijs, quibus gaudent Assistentes generales; scilicet non subijci alijs, nisi ijs, quibus Assistentes, nec ab alijs benedictionem petere, nisi ab illis, à quibus Assistentes petunt: locum tamen suæ antiquitatis retinere.

d. 1. cap.g. 19. d.19.R. n.1. & 2. ad lit.const. p.1.c.23.n.1. iuxta const. p.4.c.19.n.6. explicat d. 38. c.g. 16.

IV. *Meri Superiores ad nutum amoueri possunt.*

ad mentem const. p. 2. c.16. nu. 4. & p. 3. c. 4. n.1. & p. 4. c.6.n.3.& c. 20.n.4. & c. 27.n.4.& p. 1. c. 12.n.4. & 6.& c.9 n. 7.& c.13.n.6

Constitutionem declarando decernitur, eos Superiores, qui nec Præpositi sunt, nec Vicepræpositi, nec Vicarij, posse à consultatione generali, seu respectiuè prouinciali, ad nutum amoueri. Teneri itidem à Præpositis, Vicepræpositis, Vicarijs, & ab omnibus alijs se antiquioribus alterius domus, in qua contingat eos reperiri, petere benedictionem, & locū suæ antiquitatis tenere.

V. *De solemnitate Sancti Michaëlis Archangeli.*

addit. const. p.1. c.9.n.3. & iuxta d.59. R.

Feruente deuotione ducti patres præcedentis capituli generalis decimiseptimi in peculiarem patronum nostræ Religionis assumpserunt Sanctum Michaëlem Archangelum militiæ cœlestis principem. In præsenti visum est ad promerendam eius tutelam aliquo pio, & honorifico obsequio illum colere, quapropter sancitum est, eius dedicationis festum celebrandum esse sub ritu primæ classis cum octaua. Pro cuius executione porrecto à nobis supplici libello Sacra Rituum Congregatio, ad preces Eminentissimi nostri protectoris petitioni benignè annuit decreto tenoris sequentis.

Sacra Rituum Congregatio ad preces Eminentissimi Domini Cardinalis Rospigliosi benignè annuit, & concessit Clericis Reg. Minoribus, qui elegerunt in protectorem totius Religionis S. Michaëlem Archangelum, vt in tota eorum Religione semper, & in perpetuum possint celebrare festum illius sub ritu duplici primæ classis cum octaua. Hac die 5. Octobris 1669.

M. Episcopus Portuensis Cardinalis Ginnettus.

Loco sigilli.

B. Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Quod, vt semper extaret, impressum fuit Romæ in Typographia R.C.A. 1669.

VI. *Ludus quidam prohibitus declaratur.*

iuxta const. p. 1. c. 4. & d. 55. R.

Quia ludus, quem vulgò Seminarij ianuensis appellant, non sine periculo transgressionis paupertatis religiosæ exerceri posset: ideo, ne paupertas religiosa detrimentum ac-

cipiat, omnino prohibitus esse declaratur; & quatenus opus est, prohibetur.

VII. *Certus religiosorum numerus quibusdam in domibus determinatur.*

NE domus supra vires grauentur, sancitum est, ne in domo Spiritus Sancti Matriti fratres laici, plusquam viginti quatuor habitent. In domo autem Sancti Philippi octo non excedant: nisi ex grauissima causa consultatio prouincialis dispensare cogatur. In hospitio verò Spiritus Sancti Toleti, duo tantum Sacerdotes cum totidem laicis ordinarie habitent: nisi ex causa infirmitatis aliter disponendum videatur. limit. const. p. 3. c. 4. n. 4.

VIII. *Magistris nouitiorum conceditur votum in capitulo prouinciali.*

GRaue magistris nouitiorum onus incumbit; adeoque honore eos afficere conuenit. Quapropter in capitulis prouincialibus, votum eos more aliorum capitularium habere decernimus. addit const. p. 4. cap. 24. num. 4.

IX. *Facultas gradus, & cathedras obtinendi in vniuersitatibus Hispaniæ.*

CVm alienum ab instituto nostro non sit; plura alias commoda exoriri possint; ideo liberum erit, in prouincia nostra hispanica, religiosis nostris magistrorum, & doctorum in theologia gradus obtinere, & cathedras publicas consequi. De modo, & expensis prouidere prouinciali capitulo incumbet. Personas ad hos gradus promouendas consultatio prouincialis secretis suffragijs determinabit. declarat const. p. 1. c. 3. n. 3. & c. 6. n. 1.



CAPITVLI GENERALIS DECIMINONI.

DECRETA.

I. *Priuilegium Prouincialis romanæ prouinciæ.*

moderatur d.3. c.g. 18. d. 10. R.



VM ad præcipua Prouincialis munera visitatio spectet, Prouincialis romanæ prouinciæ primo, vel secundo sui prouincialatus anno, nostras Sanctorum Vincentij, & Anastasij in Vrbe, & Sanctissimæ Trinitatis Mareni domos omnino visitet: alias verò eiusdem prouinciæ, si, & quatenus consultatio generalis decreuerit. Tempore autem visitationis, locum ei Superior cedat; & habeat omnia iura Prouincialium in ea domo.

II. *De auctoritate Præsidis.*

immutat const. p. 4. c. 34. nu. 4. & 5.

NOn decet ordinem ordine carere: itaque visum est, quod, quando à mensa, choro, cæterisque communibus actibus localem Superiorem, & Vicarium abesse contingat, vt regularis ordo vigeat, sacerdos antiquitate prior illos, qui culpam aliquã commiserint, corrigere, & mortificare valeat; ibique tunc omnia iura Vicarij habeat.

III. *Procuratores domorum ad capitula prouincialia abrogantur.*

abrogat d.3 c.g. 13. & const. p. 4. c. vlt.

QVia nulla Religionis vtilitate, quin potius detrimento non exiguo, Procuratorum localium, qui ingrederentur capitula prouincialia, fiebat electio: ideo in posterum non amplius eligendos, sed abrogandos esse, decretum est.

IV. *Vt nostræ leges imprimantur.*

NOstras leges omnibus innotescere, vtile esse, docuit experientia: ideoque constitutiones nostræ typis edantur; easque quilibet clericus professus apud se retinere valeat. Regulæ etiam communes in vernaculam linguam translatæ, vt fratribus laicis deseruiant, typis pariter mandentur. derogat const. p. 1. c. 24. n. vlt. iuxta const. p. 4. c. 3. n. 5. & p. 1. c. 24. n. 7. & p. 4. c. 2. n. 13.

V. *Pœna in Superiores, qui missas satisfacere neglexerint.*

SEuerè præcipitur cuilibet Superiori, vt singulis sex mensibus consultationem generalem, vel prouincialem de satisfactione missarum, quas illo semestri perceperit, certiorem faciat. Et si (quod absit) reperiatur aliquis non satisfecisse, nec in sex mensibus proximè sequentibus posse satisfacere; elapso secundo semestri, ipso facto ab officio suspensus sit. Et si in fine anni eadem in contumacia perseueret, omnino officij eius renunciatio acceptetur. iuxta const. p. 1. c. 4. n. 14. & p. 3. c. 5. n. 7. & 16. & p. 4. c. 32. n. 8.

VI. *De abstinentia.*

MVlta in vsu abstinentiæ à carnibus, quæ secundis, & quartis per annum ferijs seruabatur, enasci inconuenientia, non sine aliquo etiam corporali detrimento, in hispana præsertim prouincia, docuit experientia, ideoque commutationem hanc fieri, rationabile visum est, vt omnibus diebus, quibus per Ecclesiam licet, carnibus manè vescamur, vespere verò ab ijs abstineamus. Exceptis tamen diebus dominicis, ferijs quoque secunda, & tertia, quæ Pascha, & Pentecosten, & duobus illis diebus, qui Natiuitatem Domini subsequuntur. Exceptis etiam Epiphania cum vigilia eiusdem, festis propriæ Ecclesiæ, Dedicationis Sancti Michaëlis Archangeli, & omnibus alijs festis primæ classis, quibus etiam vespere carnibus vesci licebit. Pro compensatione tamen veteris aliàs laudabilis abstinentiæ, & ex speciali deuotione erga beatissimam Virginem, & Sanctum Michaëlem Archangelum præcipuos nostræ Religio- variat côst. p. 1. c. 15. n. 2

nis

nis tutelares, & patronos nullo modo, nulloque prætextu, nisi grauis infirmitatis, & ex medici licentia nostrum quis carnibus vescatur in vigilijs eiusdem Beatæ Virginis, nimirum Conceptionis, Natiuitatis, Præsentationis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, & Assumptionis, (& vlterius in hispanica prouincia Expectationis, & Dedicationis ad Niues) neque in vigilia Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli. Quinimo his diebus ieiunium adinstar feriæ sextæ seruabitur: addito tamen, quod propter piscium penuriam, Superiores oua, & lacticinia concedere poterunt.

VII: *Eligibiles in* Prouincialem *vberius nominentur*.

extendit const. p. 4. c. 3. n. 1.

CVm ex quinque patribus nominatis à consultatione generali, ex prænominatis à prouincia hispana ad eiusdem prouincialatum, contingere possit, aliquem, antequam ad dictam electionem in capitulo prouinciali faciendam deueniatur, e viuis discedere: ideo primis nominatis, alios quinque, ex prænominatis à prouinciæ patribus, consultatio generalis substituat, & si non remanerent substituendi alij quinque, illos tantum, qui remanent, substituat, qui successiuè, & ordine, quo ab eadem consultatione generali in catalogo positi fuerint, succedant in dictam nominationem, vt quinarius in Prouincialem eligibilium numerus semper compleatur.

VIII. *Assistentis generalis prouinciæ hispanæ suffectio, altero deficiente*.

arctat const. p. 4. cap 10. num. 5.

DEficiente infra sexennium, quacumque ex causa, Assistente generali prouinciæ hispanicæ, alium, ex quinque prænominandis à consultatione prouinciali eiusdem prouinciæ, omnino infra quatuor menses consultatio generalis subrogabit. Quatuor autem mensibus elapsis à die eiusdem Assistentis defectus, ius prænominandi pereat consultationi prouinciali, & omne arbitrium deuoluatur ad consultationem generalem.

IX. *Informationes ad beatificationem instituantur*.

iuxta const. p. 1. c. 24. n. 1. & 2.

COnsultatio generalis omnino enitatur, vt quàm primum informationes requisitæ nostr. Venerab. Fundatorum, & alio-

aliorum ex ordine nostro, quos vitæ bonus odor reddidit commendabiles, capiantur, & rite fabricentur necessarij processus de eorum vita, miraculis, & sanctitatis fama; quatenus, vt exinde vlterius procedendo, tandem Deo dante ad sui nominis laudem, & gloriam, ad eorum solemnem beatificationem, & canonizationem deueniri possit.

X. *Libellus regularum particularium.*

VT sciat vnusquisque; quid sibi faciendum incumbit, consultatio generalis libellum, in quo regulæ, & instructiones, quæ ad munia cuiusque pertinent, describuntur, typis mandari curet. iuxta const. p.3. c. 5. n. 10. & 14. & p.4.c.2.n.3. & 4.

XI. *In criminalibus adhibeatur iurisperitus.*

SI (quod Deus auertat) grauiore pœna, ob aliquod patratum crimen, quispiam nostrum plectendus videatur, vt via iuridica, & sine ambiguitate, & legum ignorantia procedatur; consultatio generalis, vel prouincialis deputet ex secularibus iurisconsultis assessorem in criminalibus peritum, qui simul cum iudicibus nostræ Religionis processum conficiat, & sententiam ferat. In casu difficilis recursus propter nimiam loci distantiam, capitulum locale assessorem deputare poterit. iuxta const. p.4.c. 15. n. 10. & d. 42. R.

XII. *De ijs, qui libros conscribunt.*

QVi tria volumina ex scholastica, morali, vel mystica theologia, vel ex alia superiori facultate, egregiè, & doctè, præuia consultationis generalis, vel prouincialis approbatione, typis mandauerint; ad perpetuum suffragium in capitulis prouincialibus ferendum, eligi poterunt; vt dicetur dec. 34. resor. iuxta const. p.1.c. 39. n. 4. & p. 4. c. 24. nu. 4.

XIII. *Priuilegium capitularium, & Vicepræpositi tempore capituli.*

CApitulares tempore capituli generalis, vel prouincialis à Præside capituli tantum benedictionem petant. Vicepræposi- derogat cōstit. par.1.c. 23. num. 1. iuxta const. p.4.c.15.n 5 & c.32.n.9.

positus verò domus, in qua capitulum habetur, non cessabit ab officio, quousque capitulum durat.

XIV. *De superioribus collegiorum, lectoribus, prædicatoribus, ac scholasticis.*

Diligentibus, & laborantibus prœmium, negligentibus ac desidiosis pœna debetur. Ideoque lectores facultatum superiorum, vbi quindecim annorum cursum confecerint; à quo non poterunt vltimo triennio amoueri, nisi graui ex causa à consultatione generali, vel prouinciali, ijdem exemptionibus gaudeant, quibus lectores actuales: qui enim tamdiu studijs publicis Religioni vtiles fuerunt, vero simile est, eos non futuros eidem, quando priuatis incumbent, inutiles. Hoc vero vt consequantur lectores necesse erit, vt suo muneri probè satisfaciant; idque in prouincijs Italiæ singulis annis consultationi generali constabit, tum quoad lectiones, tum quoad conclusiones, ex libro studiorum, qui præcipitur, vt extet, in quo omnia quæ ad studia pertinent, a Secretario congregationis studiorum, exactissimè adnotentur; atque etiam si expedire videbitur, ex relatione eorum, qui notitiam de lectoris diligentia habere possunt. In prouincia autem Hispaniæ lector teneatur singulis annis vnam materiam tradere, &, more illius prouinciæ, in conclusionibus, typis excusis, vel pro collegijs defendendis, in quibus, vel vna Sancti Thomæ integra pars, vel vna materia iuxta consuetudinem vniuersitatis, defenditur, præsidere; idque singulis annis consultationi prouinciali probetur, & ab eadem approbetur. Alia autem priuilegia lectores, vt obtineant, reliquas conditiones prout infra in decreto 34. reformato adimpleant. Concionatores verò, vt priuilegia eadem consequantur, viginti quadragesimis cum literis patentibus Patris Præpositi Generalis, vel Præpositi Prouincialis, conspicuis in ciuitatibus, non verò in oppidulis, seu castellis prædicasse debeant. Et tandem super aliquo sacræ scripturæ textu, quem consultatio generalis, vel prouincialis designabit, viginti quatuor horarum spatio concesso, lectionem faciant. Cui deinde ab eadem consultatione deputati duo examinatores, difficultates contra exposita in dicta lectione obijciant, quas prædicator soluere debeat, coram ipsa consultatione, aut alia congregatione, quæ ab ipsa consultatione deputabitur in locis

Marginal notes: ampliat, & derogat cōst. p. 1. c. 24. n. 6. — iuxta const. p. 1. c. 36. n. 7. & p. 4. c. 2. n. 6. & d. 31. R. n. 4. — iuxta const. p. 1. c. 29. n. 7. & dec. 34. R. n. 1.

locis à residentia consultationis remotis. Postea à dicta consultatione, seu congregatione simul cum examinatoribus, probationibus suis ostensis; approbetur. Tandem capitulum generale, siue etiam consultatio generalis exemptiones illi concedat. Iisdem exemptionibus gaudeant, qui ostenderunt se viginti annis lectoris, aut concionatoris munere functos fuisse, & perpetuam in capitulis prouincialibus vocem obtinuerunt. Ad hæc collegiorum Superiores studijs, & personis ad illa destinatis, inuigilent, ne lectores plus quã par est sæpe exhortētur, ne à studijs diuertantur; scholasticos domo exire ne permittant, nisi festis diebus, &, recreationis ergò, semel in hebdomada. Quod, si præter Dominicam duo dies festiui, siue duo recreationis dies fuerint infra hebdomadam, communis deambulatio in die festiuo, vel recreationis fieri debeat. Et si fortè vrgens aliqua necessitas scholasticum exire domo constringat, nonnisi sacerdoti, vel fratri laico probatę vitę associatus egrediatur. Ad conclusiones inuitati ire quidem poterunt, sed eundo, & redeundo semper omnes simul, & nisi graue quid impediat, ex lectoribus vnus comes ire debeat.

mitigat cōstit. p. 1. c. 23 n. 3.
explicat cōstit. p. 1. c. 36 num. 3.
iuxta c onst. p. 1. c. 31. n. 2. & c. 33. n. 2.
ampliat cōstit. p. 4. c. 14 n. 8.

iuxta const. p. 1. c. 31. n. 2 & seqq. capit. de studijs. restringit const. p. 1. c. 10. nu. 4.

Ex scholasticis deinde, qui studijs speculatiuis inepti reperientur, quæ tribus annis integris prosequi, necesse omnino erit, moralibus applicentur. Qui, si in domibus exercitiorum habitent, à choro semel tantum in die eximantur: Superior verò determinabit qua vice abesse poterunt. Eos autem scholasticos, qui supinè pigri erunt in studijs, consultatio generalis, vel prouincialis à studijs amouere, & ad laicalia munia deputare poterit. Lectores quoque, etiam cursu non completo, si valdè negligenter in adimplendo suo munere se gerere constet, ab eadem consultatione amoueri poterunt. Quinimo Superiores ij si, qui nimis negligentes se gesserint his in adimplendis, suspendendi erunt ab officio, atque etiam priuandi.

iuxta const. p. 4. c. 35. n. 8.

Cæterum in prouincia hispanica ex ijsdem, vt plurimum scholasticis selectioribus, qui singulis annis à Præposito Prouinciali ad publicas theses in vniuersitate salmanticensi propugnandas assumuntur, duo ad defendendas nostra in domo Vallisoleti seligantur. Quod si ex ijs vnus tantum electus fuerit: alter, quia etiam ex selectioribus esse debet, omnino sit ex nominatis in congregatione studiorum. Idem seruetur in complutensi nostro collegio respectu domus nostræ toletanæ. Expensas quoad iter, & reliqua soluet illa domus, in qua theses scholastici sustinent.

iuxta const. p. 4. c. 33. n. 2.

Præpositus Prouincialis denique cum sua consultatione vnum designet, qui nostra in domo hispalensi lectoris munus exerceat, & teneatur omnibus conclusionibus interesse, argumentari, & omnia alia peragere, quæ solent aliorum ordinum lectores, saltem foris, si scholastici domi non adfuerint.

XV. *De scholasticis eligendis ad theses defendendas in capitulo generali, & prouinciali.*

addit const. p.1. cap.35. n.8.

QVatuor, vel tres vt minimum ex selectioribus scholasticis Italis, duos vero, vel vnum saltem ex hispanis Pater Præpositus Generalis eligat, qui tempore capituli generalis theses in vrbe propugnent. Præpositus Prouincialis, vt minoribus expensis grauetur prouincia, ad capitulum veniens, omisso comite laico, nisi vrgens aliqua necessitas aliud suadeat, illos secum conducat. Tempore autem capituli prouincialis Pater Præpositus Generalis tres ex prouincijs Italiæ, & totidem Præpositus Prouincialis hispanus ex prouincia Hispaniæ ad theses propugnandas destinabit.

XVI. *Theses magnatibus dicari possunt.*

derogat cõstit. p.1. c.35 n.8.

QVę dictis in capitulis theses propugnantur; eæ in libellis dispositæ, atque Religionis insignijs in fronte munitæ, alicui magnatum, qui beneficijs suis nostrum ordinem demeruerit; dedicari poterunt. Cui autem dedicatio facienda sit, neque scholastici defendentis, neque lectoris præsidentis, sed generalis, vel prouincialis consultationis erit determinare.

XVII. *In detrahentes de Religione.*

iuxta const. p.1.c.3.n.5. & c.24.n.2.

IN eos, qui temerè in Religionem communem matrem ausi fuerint obloqui, grauissimè Superiores animaduertant. Simul afficiendi erunt huius criminis conscij, qui (seruata præcepti diuini de fraterna correctione) superioribus non patefecerint. Et omnino Superiores, vt scelus hoc de medio tollatur; inuigilent.

XVIII. *De ceremoniali, & rituali.*

CÆremoniale nostrum reformetur, & romano minutatim conforme imprimatur. Aliud quoque paruum rituale, vbi peculiares aliquæ nostræ functiones minutatim etiam describuntur, in lucem edatur. iuxta const. p.1.c.3.n.5. & c.9.n.6. & p.4.c.3. n.4.

XIX. *De translatione religiosorum infra sex menses ante capitulum prouinciale.*

PRouincialis etiam infra sex menses ante capitulum prouinciale, de vna ad aliam domum religiosos nostros transferre poterit: quandoquidem translationem hanc causa fieri prohibens iam cessauit. derogat const. p.3.c.4. n.4. consequenter ad d.3. vt supra

XX. *De communis flagellationis anticipatione.*

QVando in feriam sextam incidunt dies festi Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ cum suis vigilijs; Assumptionis etiam Beatæ Mariæ Virginis, Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli, ac Titularis propriæ Ecclesiæ; in omnibus nostris domibus in diem antecedentem communis flagellatio retrotrahatur. In Vrbe verò, ratione quadraginta horarum, vt dicunt, aut ob similia impedimenta, tum demum fieri poterit, si consultatio localis consenserit. Hoc quoque alibi ad praxim reduci poterit, si causa similis interuenerit. explicat const. p.1.c.15. num.4.

XXI. *Visitatorum in contumaces auctoritas.*

consequenter ad d.20. & 21.R: ampliat const. p.1.c.5.n.8. & explicat auctoritatē visitatorum ex const. p.4.c.18.n.5. &9.& determinat contra Superiores prout c. 15.n.10.

SI quis Superior, aut subditus (quod absit) Visitatores recipere noluerint, poterunt Visitatores iubere sub præcepto obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendę ab omnibus, & singulis, qui obedire recusauerint, vt recipiantur: hoc verò præceptum Secretarius localis, & eo deficiente, quilibet alius religiosus clericus requisitus à Visitatoribus sub ijsdem pœnis intimare teneatur. Qui facta intimatione, contumax perseuerauerit, ipso facto incurrat in priuationem officij,

ficij, ac vocis actiuæ, & passiuæ ad triennium duraturæ. Huius tamen contumaciæ, atque pœnitentiæ declarationem, consultationi generali, vel prouinciali facere incumbet.

XXII. *De Sacris Ordinibus.*

arctat authoritatem Superiorum, vt p. 1. c. 14. n. 3. & p. 4. c. 3. n. 3. juxta const. p. 2. c. 17. n. 1 limitatur facultas Prouincialis. p. 2. c. 18. n. 2.

SVperiores licentiam non concedant petendi dispensationem super ætatis defectu ad sacerdotium, nisi pro eo, quem insignes dotes ornauerint: etiamsi cursum sacræ theologiæ scholasticæ absoluerit. Qui verò binos à professione annos non absoluerit, etsi sit in legitima ætate constitutus, sacerdotio nullatenus initietur. Denique neminem secundi gradus sacerdotem ex gratia Superior declaret; nisi transactis, saltem quatuor à professione annis, & prærogatiuas in eo speciales cognouerit.

XXIII. *De reformatione decretorum; eorumque, & constitutionum impressione.*

juxta const. p. 4. c. 3. n. 1. & 5.

COnsultationi generali proximum generale capitulum mandauerat, vt decreta, quæ à septimo generali capitulo, vsque ad decimumseptimum emanauerant reformarentur: quapropter deputati reformationi operam dederunt: interea præsens cogitur capitulum, in quo reformatio, vt infra sequitur, facta, lecta, & approbata est. Et tandem, vt constitutiones, & decreta sic reformata cum ijs, quæ præsens, & immediatè præteritum edidit, vt typis excudantur; sancitum est.



DECRETA REFORMATA

I. De Patre Generali.

1. PAter Generalis nullum contractum se solo ineat, sed de suorum Assistentium voto, cum consensu etiam capituli illius domus, ad quam res spectant. conformatur constit. p.5.c.5.n.15 restringit auctoritaté Generalis

2. Possit requisitus ab aliquo ex nostris religiosis, eum mittere vltra montes (quod intelligitur per regionem longinquã ex const. par. 1. cap. 20. num. 9.) Quod si non requiratur à religioso, se solo non possit, sed de suorum Assistentium voto. p.4.c.18. n. 5. ex d.2.c.g.7 explicat cõ stit.p.1.c.20 num:9.

3. Pater Generalis electus antequam possessionem accipiat teneatur iurare prout sequitur; Ego N. N. electus Præpositum Generalem testem inuoco Deum me non procuraturum, vel prætensurum extra Religionem gratiam aliquam, immunitatem, aut priuilegium, nec in fauorem mei ipsius, nec pro alijs nostris Religiosis sine licentia, & facultate consultationis generalis. Hoc idem iuramentum mutatis mutandis tenentur emittere ante possessionem (vt suis locis dicetur) Prouincialis, Procurator generalis, & prouinciæ Procurator. ex d.11.c.g. 10. addit const: p.4. cap.17. n:21: exd.23.c.g. 10.

4. Potest per se Religionem visitare intra fines Italiæ, vt dicitur in const. par.4. cap. 18. num. 8. sine Assistentium voto, illis tamen annis in quibus non peragitur prouinciæ visitatio per Visitatores ordinarios, vel Procuratores, siuè per ipsos Prouinciales eo anno, quo eisdem in triennio competit: si verò necessitas postulabit, cum Assistentium voto omni tempore poterit, etiam si facta sit, aut facienda visitatio per Prouincialem, siue Visitatores ordinarios. Quid autem P. Generalis in visitatione agere possit infrá in dec. 27. quæ Visitatores possunt agere, dicetur. explicat, & addit const. p.4.cap. 18. n.8.& 9.

5. Sicuti etiam quæ possit, & ad quæ teneatur circa suum Vicepræpositum, ac circa Præpositorum renunciationes dicetur in dec. 19. vbi de ijsdem Præpositis agemus, & in dec. 5. vbi agitur de Prouincialibus, quia quoad hoc eadem est ratio de Prouincialibus, ac de Generali cum in hoc vices Prouincialium gerat. declarat const: p. 4. c.15. n.8.& c.32.n.8. ex d.4. c. g. 11.

6. Pater Generalis à finibus Italiæ non potest egredi, nec ratione visitationis, nec alia quacumque, sine licentia per vota secretá concedenda, ab vndecim in sequenti dec. explicandis ex quibus debent octo concurrere, ita vt ijdem concurrere debeant conformiter ad const. p.4. cap.18. n. 8.& 9. ex d. 18. c. g. 17.

hac

hac in licentia concedenda, qui necessarij sunt ad nouum Generalem eligendum, quando deficit infra tempus ab vno ad aliud capitulum generale; & hæc licentia concedi debet ad determinatum tempus ab ijsdem patribus præscribendum: quo elapso nisi Pater Generalis in Italiam redierit, statim quousque in Italiam redeat, omni iurisdictione careat. Debet insuper ad licentiam, vt supra concessam, consensus Eminentissimi Protectoris, si adsit, nostrę Religionis accedere, & ab Italia discedens P. Generalis cum dicta licentia omnino relinquere tenetur in Italia Vicarium Generalem ex patribus gubernationis generalis, quem aptiorem iudicauerit, vel scilicet ex Assistentibus, aut Secretarium siue Procuratorem Generalem. Et si non reliquerit ipso facto primus generalis Assistens in Vicarium Generalis existat.

declarat const.

7. Quod dicitur in constitutionibus par. 4. cap. 17. num. 23. de P. Generali scilicet: *Quod si Neapoli eligatur, ibique possessionem sui officij sumat; teneatur infra mensem absoluto capitulo, ad romanam sedem se conferre:* intelligatur si non adest periculum, ratione calorum, si fortè capitulum nimium prolongaretur, & estiui calores excreuerint, vel aliud graue, & manifestum impedimentum: tunc enim transacto periculo, siue impedimento statim se conferre teneatur.

conformatur constit. p. 4. cap. 18. num. 12.

8. Patrem Generalem siue infra sexennium ab vndecim, siue in capitulo generali electum; in sequenti generali capitulo nullo modo volumus posse confirmari: nec tamen cogetur acceptare alia onera siue officia vel in capitulo, vel extra in toto sequenti sexennio præter generalitia, aut officium Prouincialis: & tunc ibi residebit vbi officium postulabit, alioquin in illa domo quam sibi eligit iuxta dispositionem const. par. 4. cap. 18. num. 12.

ampliat const.

9. Eligetur si deficiat P. Generalis ab vno ad alterum capitulum Generale infra duos menses à die quia defecit, vt disponitur in const. par. 4. cap. 17. num. 4 dummodo non deficiat in vltimo semestri ante generale capitulum; tunc enim non necessario electio noui Generalis facienda erit, sed poterit primus Assistens vel, si hic ab Italia absit, alius Assistens antiquior, vsque ad generale capitulum Religionem gubernare; nisi aliqua vrgens ratio contrarium postulabit, quod iudicare spectabit ad sex patres gubernationis generalis, quatuor per vota secreta concurrentibus, idque præstabunt statim, & omnino priusquam elabantur octo dies à defectu P. Generalis: etsi aliquis, aut aliqui ex huiusmodi patribus deerint siuè Roma absuerint, nec intra dierū octo

tem-

tempus poterunt adesse, alius, aut alij subrogentur ab ijsdem omnibus qui remanent ex gubernatione generali: ita vt, quod subrogato primo, hic votum habeat in subrogatione alterius, si adhuc alius esset subrogandus: & sic de reliquis.

10. Si autem Generalis deficiat, vel non acceptet officium, vt dicitur supra in citato cap. num. 23. & capitulum generale adhuc extat apertum, tunc electio noui Generalis non ad vndecim spectabit, vt in sequenti decreto, sed ad totum capitulum. explicat const.

11. Si Generalis priuandus esset, vt disponitur in const. p. 4. cap. 15. num. 9. Institutio criminis fieri debet non solum ab Assistentibus ipsius Generalis, & Prouinciali romano, vt ibidem num. 11. dicitur sed etiam à Procuratore, & Secretario Generali. addit constit.

II. *De electione Pręposit Generalis facienda ab vndecim in casibus pręscriptis à constitutionibus.*

1. PRopositum fuit, an in casibus in quibus facienda esset electio P. Generalis extra capitulum generale ab vndecim patribus in constitutione præscriptis, nempe à patribus Assistentibus generalibus, Procuratore, & Secretario generalibus, seu eorum substitutis, & alijs quinque à prædictis sex patribus eligendis. ex d. 17. c. 8. 17. addit constit. par. 4. c. 18. n. 4.

2. Responsum atque sancitum fuit omnium votis in posterum facienda sit à prædictis sex patribus gubernationis generalis, & patribus Prouincialibus vtriusque Siciliæ, & romanæ prouinciæ, & alijs tribus patribus à prædictis sex eligendis, qui tamen aliquando fuerint in gubernatione generali, seu prouinciali, seu visitatores electi in capitulo generali, vel capitulum generale ingressi, vel Vicepræpositi domus S. Laurentij in Vrbe, aut S. Mariæ Maioris Neapolis; qui omnino interuenire debeant, nisi fuerint legitimè impediti, sub pœna suspensionis ab officio, & vocis actiuæ, & passiuę per annum. Et in casu legitimi impedimenti, seu indebitæ recusationis tam Prouincialium, quam aliorum, vt supra eligendorum; ijdem sex electores, seu eorum substituti eligere debeant alios dicta requisita habentes in locum tam Prouincialium, quam aliorum vt supra eligendorum.

3. At si duo menses ad electionem faciendam assignati iam transierint, vt in const. par. 4. cap. 18. nu. 4. & ex electoribus ali- explicat constit.

quis

quis, aut plures deficiant, nec sint alij in ciuitate, in qua electio facienda est, qui possint subrogari, conditiones habentes vt supra: tunc ne diutius electio retardetur, loco eorum, qui desunt, eligantur alij, etiamsi dictas conditiones non habeant, qui ad electionem noui Generalis concurrant.

III. *De Assistentibus, & alijs patribus gubernationis generalis.*

explicat consti. 1. QVod in constit. par. 4. cap. 19. num. 10. dicitur de confirmatione Assistentium Generalium; intelligi debet, quod vnus tantum ex quatuor possit in capitulo generali confirmari, qui si fuerit ex electis in præcedenti capitulo generali, ad hoc vt iterum eligi possit, necesse est ex tribus partibus votorum duæ concurrant. Si verò à consultatione infra sexennium electus erit per plura suffragia reeligi, seu confirmari poterit. Hæc autem lex solum locum habeat in capitulo generali, non verò infra sexennium respectu consultationis generalis.

explicat constit. ex d. 2. c. g. 16. 2. Quando à consultatione generali debet vnus, aut plures eligi ad officia gubernationis generalis infra mensem vt disponitur in supradicta constitutione, & aliquis vel plures ex ijs, qui de iure interuenire debent ad eligendum, reperiantur absentes, statim moneantur, & si infra mensem aduenerint (qui integer in absentia alicuius ex istis exspectari debet) electioni interueniāt, alioqui *transacto mense* alius subintret cui de iure, vel subrogatus sine subrogati iuxta dispositionem constitutionis.

conformatur constit. p. 4. c. 19. n. 6. ex d. 17. c. g. 10. 3. Patres gubernationis generalis etiamsi in nulla extra domum residentiæ P. Generalis commorentur, vt assignati, tamen in omni alia domo præter istam habeant primum locum post Præpositum, & Vicarium; & in hospitijs post eum qui est deputatus in Superiorem localem. A nullo tamen præter Generalem, & Vicarium Generalem, aut qui locum Generalis tenet, vt Præses capituli generalis *benedictionem* petant, nec ab alijs possint præcepto adstringi nisi ab istis solumodo, aut à consultatione generali, à quibus etiam mortificari possunt, & à Vicepræposito eorumdem tamquam à delegato ipsorum deque eorum expresso ordine singulis vicibus impetrato. Possunt etiam à P. Generali per octo dies recludi in cubiculo ob culpam grauem iuxta dispositione Apostolicæ visitationis num. 4. & 8. Cæterum illi

patres

patres, qui per substitutionem subrogati erunt in consultatione generali, & qui in tali gubernatione officiales non sunt, in suo antiquitatis loco manebunt, neque alijs priuilegijs frui debebunt.

4. Literæ missæ ad patres gubernationis generalis non solum cum adest verbulum *soli* aperiri, aut legi nequeunt. iuxta decretum 15.c.g.9. & ordinationem visitationis Apostolicæ num.6. Sed etiam quoad hoc omnino obseruandum est dec.36.c.g.10. tenoris sequentis videlicet — ampliat con stit.p.1.c.21. num. 4.

5. Quod in alijs nostris legibus decretum est ne literæ scriptæ, vel à nostris religiosis subditis ad Assistentes, siue generales, siue prouinciales, vel ab ipsis ad subditos scriptæ aperiantur, id ipsum extendatur ad alios patres gubernationis generalis, & prouincialis; immo ad maiorem religiosorum securitatem in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus omnibus, & singulis nostris religiosis, includendo etiam ipsum Generalem, & Prouincialem si malitiosè impediant, retardent, aut quomodolibet aperiant quascumque literas contra tenorem nostrarum legum. — explicat cõstit.p.1.c.21 n.6. & n.3. & p.4.c.19. n.6. ex d.15.c.g.9.

6. Patres gubernationis generalis non possunt eligi, aut deputari in aliud officium, vt cedant proprio, nec etiam in Præpositum Prouincialem; poterit tamen Procurator generalis in Assistentem generalem, & Secretarius in Procuratorem, siue Assistentem eligi, ita vt ex vno ad aliud officium transitum faciant: dummodo tamen ipsi non recusent. Ita intelligenda est const.p.4. cap.15.nu.7. Si huiusmodi patres volunt domo exire, absente Vicepræposito, & eius Vicario, non à Præside, seu primo sacerdote domus, sed à primo eiusdem gubernationis patre licentiam, & socium petant, iuxta dispositionem visitationis Apostolicæ num. 8. — explicat cõstit. p. 4. c. 19. num. 6.

IV. *De Procuratore generali.*

1. PRocurator generalis antequam accipiat possessionem sui officij teneatur iurare iuxta formam iuramenti supra in dec. 1. num. 3. extensam. — restringit const.p.4.c.22.num.5.

2. Ingrediatur cum suffragio non solum in capitulũ generale, sed etiam in prouinciale vtriusque Siciliæ, & romanę prouinciæ, vt etiam dicetur infra in dec. 10. — ampliat con stit.p.4.cap. 24.n.6.

3. Habeat socium, qui à Patre Generali designabitur, nec poterit mutari, auferri, aut impediri à Superiore domus: quoad literas, quas scribit ad alios, vel ad ipsum scribuntur compe- — explicat const.par.4. c. 22. nu.6. ex d.24.c. g.10.

tunt iura, quæ Assistentibus, vt dictum est in decreto antecedenti num. 4. & 5.

V. *De Prouincialibus, & Viceprouincialibus.*

addit const. p.4 cap.24. n.17.& 18.

1. PAter Prouincialis, antequam possessionem sui officij sumat, teneatur iurare iuxta formam præscriptam supra in dec. 1. num. 3.

explicat const.p.4.c. 25.num.5. ex d. 17. c. §. 7.

2. In quibus limitata est, auctoritas P. Generalis, & ad consultationis auctoritatem redacta, multo magis de Prouincialis, & ad consultationis prouincialis, vel consultationis generalis auctoritatem, iuxta alias nostras leges, redacta intelligatur.

iuxta const. p.4. cap.25. n. 8. & cap. 28.num. 2. ex d. 19. c. §. 10.

3. Prouincialis teneatur semel saltem in suo triennio propriam prouinciam, omnesque eiusdem domus per se ipsum personaliter visitare, nisi grauissima causa, à consultatione generali approbanda, impediatur. Quid autem in visitatione possit, infra in dec. 21. circa ea, quæ Visitatores possunt, dicetur.

mutat constit.p.4.cap. 25.n.5. ex d. 22. c. §. 13.

4. Prouincialis Hispaniarum qui ad capitulum generale non accedit, quacunque ratione id contingat, ab officio, & regimine ipso facto cesset prima die Maij, qua in capitulo generali, si accessisset, officium iuxta nostras leges renunciasset. Cesset etiam eadem ipsa prima die Maij Prouincialis vtriusque Siciliæ, quando ad capitulum generale non accesserit, & Viceprapositus eiusdem, & in eius defectu Vicarius gubernationem S. Mariæ Maioris prosequatur, ac si Prouincialis in ea domo nullo modo extaret: cũ iam ab officio cessauerit. Et, si Viceprapositus non adesset, nec Vicarius, primus sacerdos ex assignatis decisiuis domũ gubernet.

addit const. p.4.cap. 17. num.5. & conformatur constit.p.4.cap. 32.n.4.& c. 34.num. 10.

5. Prouincialis Hispaniarum cum personaliter accedit ad capitulum omnino cum alijs in eodem generali capitulo teneatur officium renunciare, & suæ antiquitatis locum in capitulo, & in alijs locis, & functionibus tenere, & nisi ab eodem capitulo generali renunciatio fuerit admissa (quod non nisi iustis de causis faciendum erit) statim peractis electionibus locum officij repetat, idemque officium retineat vsque ad capitulum prouinciale proximum mense Settembris iuxta dicenda dec. 8. celebrandum: idemque capitulum prouinciale ipse cogat, in eoque præsideat vsque dum noui Prouincialis electio per literas capituli generalis publicetur. Fiet autem electio noui Prouincialis in definitorio capituli generalis iuxta const. par. 4. cap. 17. num. 28. Secreta tamen remaneat apud omnes capitula-

determinat iuxta const. p.4.c.17.n.7 & 9.& c.24. nu.6. & 10.

res, & literæ patentes eiusdem electionis clausæ, & obsignatæ transmittantur directæ capitulo prouinciali proximè celebrando, & facta in ipso capitulo prouinciali electione Secretarij, & iudicum causarum, legitimato capitulo, moxque electis visitatoribus, & substitutis iuxta dicenda in dec. 10. de Visitatoribus, literæ prædictæ electionis aperiantur, & publicetur electio, & nouus Prouincialis in capitulo generali electus prouinciæ regimen, & capituli prouincialis, vt Præses assumat.

6. Si autem Prouincialis ex eo quod ad capitulum generale non accessit prima die Maij cessabit, tunc electio noui Prouincialis facta in definitorio capituli generalis non maneat occulta, nec literę patentes capitulo prouinciali mittantur, sed eidem Prouinciali dentur, si adest in capitulo generali, vel ad eum, vbi est mittantur, qui statim ac in prouinciam venerit, vel in quacumque domo eiusdem reperiatur, possessionem sui officij capiat, & regimen prouinciæ; ipse prouinciale capitulum congreget, in eoque præsideat. — adhæret his, quæ statuta sunt in n.4.

7. Quæ omnia competant alteri Prouinciali, qui ab eodem capitulo generali, si adhuc extat apertum, vel à consultatione generali eligetur, si primus iam in capitulo generali electus per mortem, vel aliam quamcumque causam deficeret ante tempus capituli prouincialis, non tamen prætendunt patres determinatum tempus capituli prouincialis retardare, vsque dum nouus Prouincialis eligatur, vel electus perueniat, si iam primo electus defecerit; Sed tunc ille (quod etiam intelligendum est in quocumque alio casu, quo Prouincialis ad capitulum tempore determinato non perueniat) qui iam gerit vices Prouincialis, siue primus Assistens prouincialis capitulum cogat, & Præses eligatur (si in capitulo P. Generalis non adsit, qui capitulo præsideat) vsque ad electionem primi Assistentis prouincialis, qui statim electus capitulo præsideat, & prouinciam gubernet, vsque dum nouus Prouincialis in capitulo, siue in consultatione generali electus possessionem sui officij in quacunque domo suæ prouinciæ sumat; qui tamen nullo modo in alio sequenti capitulo, quod in prouincia celebrabitur, poterit confirmari, vt in const. par. 4. cap. 25. num. 9. etiamsi non in capitulo, sed in consultaione generali fuerit electus. — explicat const. par. 4. c. 24. nu. 6. & c. 25. n. 9. adhæret dec 8. num. 2. vt infra.

8. Quandocumque contigerit Patrem Prouincialem extra fines suæ prouinciæ egredi, teneatur constituere Vicarium prouincialem vnum ex patribus de corpore suæ gubernationis pro- — ampliat const. par. 4. c. 25. num. 8. & ampliat const. ibid. num. 10.

uincialis, & si huiusmodi deputationem omiserit prouinciæ gubernatio deuoluatur ad primum Assistentem prouincialem. Similiter quando contingit iuxta superius disposita Prouincialem cessasse prima die Maij eo quod ad generale capitulum non accesserit personaliter; tunc eo ipso in gubernatione prouinciæ succedat primus Assistens cum eadem præeminentia, & auctoritate, sicut quando Prouincialis per mortem, aut alia ratione deficeret. Et similiter si quandocumque contingat, vt prosequatur Prouincialis officium, vt cum ad capitulum generale accedit, in quo eius renunciatio non acceptatur; & post ipsum capitulum quacumque ratione deficiat, pariter deficiet Vicarius prouincialis (nisi fuerit primus Assistens), & in gubernatione prouinciæ primus Assistens succedat vsque dum nouus Prouincialis in capitulo generali electus, vel in consultatione generali iuxta superius disposita possessionem sumat.

limitat auctoritatem Prouincialis.

9. Siue Vicarius prouincialis, siue primus Assistens, aut Viceprouincialis, cum prouinciam gubernent omnia iura Prouincialis habeant, præter hoc quod est suspendere, aut priuare Præpositos, aut amouere Vicepræpositum, vel eiusdem renunciationem acceptare, nisi ex quinque quatuor conuenientibus votis consultationis prouincialis. Item nec possint acceptare renunciationem Præpositorum, nisi sex concurrentibus votis ex octo in constitutionibus præscriptis; quod si secus in quolibet ex his actibus factum fuerit, id sit nullum, irritum, & inane.

explicat dicta in n.8.& 9.& conformatur const. p.4. cap.25. n.10.& cap. 30. n. 9. & cap.32. n.9.

10. Quod autem attinet ad Vicepræpositum intelligendum est de primo Assistente, seu Viceprouinciali, quando Prouincialis ab officio non cessauit. Nam alioqui si prima die Maij ob non accessum ad capitulum generale, vel quacumque alia ratione Prouincialis ab officio cessauerit, vel per mortem defecerit, possit primus Assistens, seu Viceprouincialis suum Vicepræpositum deputare alio amoto vsque dum nouus Prouincialis, vt supra electus possessionem in Prouincia capiat, iuxta superius disposita, & suum Vicepræpositum deputet, vel eũ qui iam extat confirmet, qui ius habeat ingrediendi capitulum, & suffragium in eo ferendi, & non Vicepræpositus Viceprouincialis, nisi alia ratione id ei competat iuxta infra dicenda in dec. 10. vbi etiam dicetur de conditionibus, quæ requiruntur in procuratore Prouincialis Hispaniarum ad generale capitulum mittendo: similiter possit Prouincialis à consultatione generali, electus in defectum prædecessoris suum Vicepræpositum assigna-

re

te quocunque alio amoto.

11. Prouincialis statim legere teneatur renunciationem singulis annis à domorum Præpositis mittendam iuxta constit. formam par.4. cap.32. num. 8. & à die, qua in consultatione lecta fuerit, octo dierum spatium habeat ad deliberandum, an illam proponere velit: vt possit à consultatione acceptari iuxta formam constit. & si intra tale spatium non proponat, Præpositus ipso facto in suo officio confirmatus existat. determinatur tempus.

VI. *De patribus gubernationis prouincialis.*

1. DEclaratur, & statuitur Prouincialibus non licere Assistentes prouinciales, aliosque officiales eiusdem gubernationis inuitos à sua residentia dimittere, aut alio quouis modo impedire, quo minus consultationibus interesse, & officio suo fungi possint, nisi in casibus, & ijs concurrentibus requisitis, quæ necessaria sunt, vt officio suo priuari, aut suspendi possint. adhæret const. p.4. cap.26. n.4. & cap. 27. n.2. & 3. ex d. 3. c. g. 14.

2. Quoad rationem assignationis in domibus, quoad locum, mortificationes, & literas ad huiusmodi patres datas, vel ab ipsis ad alios religiosos idem obseruetur, quod dictum est in decreto 3. de patribus gubernationis generalis num. 3. 4. & 5. ea cum differentia, quod de istis intelligatur respectu Patris Prouincialis, & eius consultationis, ac aliorum respectiuè, & intra propriam prouinciam, & respectu eorum, qui in eadem, vel de eadem prouincia sunt, & non respectu P. Generalis, ac totius Religionis, vt de patribus gubernationis generalis dictum est. Benedictionem tamen non petant, etiam dum sunt extra prouinciam, nisi à Prouinciali illius prouinciæ, & ab ijs à quibus tenentur petere patres gubernationis generalis.

3. Eligentur autem siue confirmabuntur patres gubernationis prouincialis in secundo quidem capitulo prouinciali post electionem Prouincialis, vt dicitur in constit. par. 4. cap. 24. num.18. In primo verò post electionem capitularium ad vocem decisiuam, si qui sunt eligendi, non autem post nominationem eligibilium, vt ibidem dicitur, est enim error emendandus, cum in primo capitulo non debeat fieri talis nominatio, vt patet supra in eodem capite citato num.14.

De

VII. *De consultatione generali, & prouinciali.*

1. VT consultatio generalis semper ex quinque patribus ius suffragij in ea habentibus constet, nempe ex Patre Generali, & quatuor eius Assistentibus præscribit constitutio, vt vno eorum absente ipso facto Procurator generalis subrogatus intelligatur, alio etiam deficiente Secretarius generalis. Vlterius etiam statuitur ex capitulo generali IX. quod si adhuc tertio loco alium abesse contingat, antequam hic discedat per secreta suffragia ab ijsdem consultationis patribus tertia fiat subrogatio vnius ex decisiuis capitularibus, qui Romæ resident.

const. p. 4. cap. 10. n. 3.

ex d. 16. c. g. 9.

2. Eodem modo in consultatione prouinciali prima subrogatio est Secretarij ipso facto ad constitutionis præscriptum, si post subrogationem Secretarij prouincialis, alius sit subrogandus, subrogetur Procurator prouincialis, si adest. Tertia verò quamuis ipso etiam iure ex eiusdem constitutionis determinatione esse debeat primi consultoris domus residentiæ prouincialis; tamen supra citatum generale capitulum, iustis de causis, definiuit, ac definitum esse voluit, vt tam secunda, quam tertia vt supra modo præscripsimus, vel sit ipso facto Procuratoris prouincialis, vel vna, aut vtraque fiat à patribus consultationis prouincialis ante discessum eius, qui discedere debet, fiat tamen per secreta suffragia ex numero eorum patrum capitularium decisiuæ vocis, qui in eadem ciuitate residentes permanent.

immutat const. p. 4. c. 10. n. 3.

3. Cæterum quacumque ratione contingat deficere, aut deesse aliquem, vel aliquos ex ijs patribus, qui consultationem generalem, aut prouincialem conficere debent, & non adsint, qui de nostro iure deberent succedere, nec per electionem ex aliquo accidente fuerint substituti alij ad supplementum eorum, qui defuerint tunc ij, qui remanent ex consultatione eligant per secreta suffragia illum, vel illos qui desunt ex patribus decisiui suffragij commorantibus in eadem ciuitate; quo casu valida prorsus erit, quamuis non fiat à plena consultatione ex quinque patribus constante. Attamen nouiter electus, siue primus subrogatus ad electionem subsequentis ingrediatur consultationem, & votum ferat, sicque in similibus casibus. Similiter quocunque alio casu, quo pro certis quibusdam, & grauioribus negotijs constitutio præcipit, vt non sufficiant quinque patres consultationis

immutat const. p. 4. cap. 13. n. 4.

nis

nis ordinariæ,& præter illos alij quidā subintrent, & adijciantur. si aliquis vel aliqui eorum desint, pariter illi qui remanent, eligant quos desunt, & compleant cum illis numerum, ac negotium illud expediant, ad quod ex vi nostrarum legum totus ille patrum numerus requirebatur. Cæterum quandocumque subrogatio facienda est, benè assumi possunt patres; qui sunt in alio officio constituti, non obstante quod in alio gradu gubernationis reperiantur, à quo non propterea cessare cogentur.

4. Sed quia consultatio generalis, quoad ius & potestatem post capitulum generale caput est totius Religionis; atque consultatio prouincialis suæ prouinciæ, debet quam præuigili cura in eius bonum intendere; idcirco congregationem vltra octo dierum spatium non esse protrahendam decernimus; itaque semel in qualibet hebdomada Pater Generalis, vel Prouincialis illam conuocare, & cogere teneatur, die ab ipsomet Generali, & Prouinciali designanda, quod si Pater Generalis, vel Prouincialis aliquam ob causam non potuerit, illam in sequenti omnino congreget: ita vt sine consultatione quindecim dies non elabantur; et si congregare recuset, cæteri patres consultationis possint ex vi præsentis decreti congregare, & peragere; etiam si Pater Generalis, vel Prouincialis interuenire nequeat, & etiamsi necesse foret aliquem subrogare; similiter si die statuta Pater Generalis, vel Prouincialis absens sit à ciuitate suæ residentiæ, possit consultatio congregari, atque in tali consultatione expediant omnia negotia occurrentia, quæ ex præscripto nostrarum legum Generalis, vel Prouincialis de voto suorum Assistentium expedire deberet; non tamen ea quæ habent latitudinem temporis, & potest Pater Generalis, vel Prouincialis ad suum libitum ea differre vsque ad extremum temporis taxati à constitutione.

adhæret, & corrigit cõstit. par. 4. cap. 12. n. 2. & 3. & cap. 13. nu. 5. & cap. 20. n. 2. & cap. 27. n. 8.

ex d. 16. c. g. 10.

5. In consultatione solus Pater Generalis, aut Prouincialis res, & negotia proponat, & si aliquis ex patribus consultationis habet aliquid quod velit, vt in consultatione proponatur ex ijs, quæ Pater Generalis, & Prouincialis ex se expedire non possunt, sine voto suorum Assistentium, illud Patri Generali, vel Prouinciali consignet, quod in eadem, vel in sequenti consultatione omnino proponat, etiamsi necessitas illud tunc expediendi non vrgeat, dummodo sit res, quæ si expedienda est, non nisi à consultatione expediri debet, & non obstet aliqua determina-

vide citata nu. præced.

ex dec. 16. c. g. 10.

minatio, vel Indultum temporis in alijs nostris legibus præscripti. Et si dubium oriatur, siue de re ista, siue de alia quacumque, an ad ipsam consultationem, vel potius ad Generalem siue Prouincialem solum talis rei expeditio spectet, tunc quatuor Assistentium, seu quatuor qui suffragium ferunt in consultatione arbitrio standum erit, ita vt si quatuor coniunctim conueniant rem secundum tenorem nostrarum legum ad consultationem spectare in consultatione proponatur, & pro maiori parte ipsius consultationis definiatur.

adhæret const. p. 4. cap. 10. n. 4. & cap. 27. n. 4.

6. Vt autem, quæ in consultatione determinata fuerint executioni mandentur, eadem consultatio plenam super hoc potestatem habebit præcipiendi, & obligandi omnes religiosos siue totius Religionis, siue prouinciæ respectiuè, ijque omnes ipsi consultationi obedire teneantur. Quicumque verò cuiuscumque gradus, & dignitatis sit, qui quomodolibet dictorum executionem impedierit, aut retardauerit, siue impedire, aut retardare tentauerit, arbitrio eiusdem consultationis grauissimè puniatur. Reliqua ad consultationes spectantia infra in dec. 12. dicentur.

VIII. *De tempore celebrandi capitula generalia, & prouincialia.*

ex d. 1. c. g. 11.

1. SVfficientibus votis ad præscriptum nostrarum constitutionum par. 4. cap. 13. num. 5. visum est patribus tempus capitulo generali celebrando præfinitum ad festum S. Lucæ ex parte 4. cap. 17. num. 3. vt minus congruum ad congregandos patres à longinquis prouincijs in aliud tempus commutare, certumque diem statuentes voluerunt, prout hoc decreto decernunt, festo die Apostolorum Philippi, & Iacobi kalendis Maij post hac celebrandum esse.

corrigit const. p. 4. cap. 17. n. 3. & cap. 24. n. 2. & 3.

2. Capitulum item prouinciale vtriusque Siciliæ Kalendis Maij pariter celebrandum in domo S. Laurentij in Lucina elapso triennio à celebratione capituli generalis ex decreto 19. c. g. 13. Capitulū verò prouinciale romanæ prouinciæ in eadem domo S. Laurentij celebrandum die 18. Octobris eiusdem anni, quo supra dictum capitulum prouinciale vtriusque Siciliæ celebratum fuerit. At vero capitulum Hispaniarum statutum est ex dec. 21. capituli generalis 13. vt non die decima octaua Octobris, sed decima

corrigit, vt supra.

cima

cima quarta mensis praecedentis videlicet Septembris in festo Exaltationis S. Crucis inchoetur.

IX. *De prouinciarum praecedentia.*

1. PEracta iam in Italia duarum prouinciarum diuisione definierunt PP. capituli generalis 11. dec. 10. re maturè discussa, hunc esse ordinem inter prouincias ipsas ratione antiquitatis seruandum, vt primo sit prouincia neapolitana secundo prouincia hispaniarum, tertio romana.

addit const. p.4.c.23.n.a cōformatur const. dicti loci, & p.2. c.16.num.6.

X. *De personis eligendis in capitulis generalibus, & prouincialibus, & de ijs qui habent ius eligendi.*

1. VT constat ex decreto 37. capituli generalis 16. & decreto 33. capit. generalis 17. capitula prouincialia vtriusquè Siciliae, & romanae prouinciae, quae immediatè post generale capitulum ex const. celebrari deberent, electionesque in ipsis faciendae essent. Et deinceps stabiliter, ac semper in capitulo generali fieri debent, nec alia capitula huiusmodi prouinciarum celebrentur, nisi quae celebrari debent transacto triennio, iuxta dispositionem supra in dec. 8. vsque dum aliter à capitulo generali determinetur. Nec in generali capitulo aliae electiones pro dd. prouincijs fieri debent, nisi quae vsque modo ex vi decretorum plurium generalium capitulorum factae sunt, nimirum eligi debent Visitatores cum suis substitutis; Prouincialis pro romana prouincia, Prouincialis prouinciae vtriusque Siciliae, Praepositi, & magistri nouitiorum. Assistentes, & Secretarij prouinciales ne fiant. In romana prouincia Pater Generalis munia Prouincialis gerat, & ipse cum sua consultatione generali, quae etiam munia consultationis prouincialis habeat, eam gubernet. Similiter P. Generalis cum sua consultatione in prouincia vtriusque Siciliae ea expédiat, quae P. Prouincialis iuxta constitutiones, & decreta non potest expedire sine voto Assistentium prouincialium.

immutat const. par. 4. c.10. n.2. & c.17. nu. 15. & 26. & c.23 n.3. & c. 24. n.2. & 4.

2. In capitulis verò prouincialibus dd. prouinciarum, quae transacto triennio à generali capitulo, vt supra dictum est, celebrantur, semper cum suffragio admittantur, non solum Assistentes, & Secretarius generalis, sed etiam Procurator generalis, & in capitulo romanae prouinciae Prouincialis eiusdem prouinciae, &

Viceprępositus P. Generalis, siue eius, qui stat loco Generalis : In ipsis autem capitulis pręter Procuratorum prouinciarum ad capitulum generale mittendorum electionem, & substitutorum, aliæ fiant electiones, vt nostræ leges disponunt: non tamen fiant quæ spectant ad personas constituentes consultationes prouinciales ; vt iam dictum est. Et in capitulo prouinciæ ro nahæ Prouincialis eligatur, qui capitulum generale futurum cum suffragio ingrediatur, cuius cætera munia, iam supra descripta sunt.

ex d. 3. c. g. 18. et d. 16. & 19. p. 4. c. cōmittitur et d. ... addit const. p. 4. cap. 24. num. 4.

3. Qui Assistens Generalis fuerit, & à gubernatione, officio peracto, discedit ad suam prouinciam, ius ingrediendi proximum prouinciale illius prouinciæ capitulum, ibique suffragium ferendi habeat, pro illa vice tantum ; similiter ius ingrediendi cum suffragio capitulum prouinciale hispaniarum habebit ex dec. 4. capituli generalis 17. Viceprępositus Prouincialis nouiter electi in definitorio capituli generalis proximè celebrati (siue in consultatione generali, vt supra dictum est) qui statim possessionem sumit in sua prouincia, ex eo quod P. Prouincialis eius prædecessor ad capitulum generale personaliter non accessit, vt nos suprà diximus in dec. 5. & nō Viceuicarius, seu Viceprępositus P. Prouincialis, nisi hic alio titulo ius capitulum ingrediendi cum suffragio habeat.

& explicat const. iuxta dec. 5. R. n. 10.

4. Pater Prouincialis, qui ob non accessum ad capitulum generale, vel renunciationem in capitulo generali, vel electionem alterius cessat, omnino ius habebit ingrediendi cum suffragio capitulum prouinciale, quod post generale capitulum immediatè mense Septembris, vel Octobris eiusdem anni consequetur.

explicatur supracitatus locus const.

5. Similiter procuratores prouinciarum ad generale capitulum destinati, etiam si in eo cesserint officio suo, post eius celebrationem, vt dictum est de Prouinciali, ingredientur immediatum prouinciale capitulum, quod cogetur, vnusquisque in sua prouincia tanquam eiusdem Visitatores, & ibi celebrabitur iuxta superius disposita ; & in eo ius suffragij quoad omnia habeant, & aliquo eorum quacumque ratione deficiente, ingrediatur ille, qui fuerat ei substitutus.

6. Item ius habeant ingrediendi generale, vel prouinciale capitulum respectiuè Procuratores Generalis, & Prouincialium, Viceprępositorum, non solum domus generalis, sed etiam prouincialis cum in domo Prouincialis capitulum non celebratur, & Præpositorum prout disponitur in constitutionibus par. 4. c. 17. num. 5. & cap. 24. num. 4. Hi autem Procuratores ex dec. 21. c. g. 10.

declaratur quomodo intelligēda sint loca citata.

g. 10. debent censeri, ac si essent principales à quibus missi sunt, non quoad locum, & præeminentias officij: neque ad iudicandum in causis suorum principalium, aut ad illos eligendos in quocumque gubernationis gradu suffragium dare possint, & si dederint sit irritum, & inane.

7. Substitutus, seu Procurator, quem Prouincialis prouinciæ hispaniarum ad capitulum generale suo nomine designare potest, debet esse ex dec. 21. c.g. 13. aliqua ex infrascriptis qualitatibus insignitus, alioquin dicto generali capitulo non admittatur: nimirū, quod aliquando fuerit in aliquo gradu gubernationis generalis, vel in aliquo ex istis gradibus gubernationis prouincialis, scilicet Præpositi Prouincialis, Assistentis, & Procuratoris, qui ad generale capitulum destinatur, vel per decem annos theologiam, vel philosophiam docuerit, aut per totidem annos concionator deputatus fuerit in nostris domibus Matriti, Hispalis, Valisoleti, Salmanticæ, Toleti, Compluti, seu in alijs à consultatione generali declarandis. Similiter tandem ius habebunt ingrediendi cum suffragio generale, vel prouinciale capitulum omnes alij, quibus illud nostræ constitutiones, & decreta concedunt. addit const. p. 4. cap. 17. n. 5.

8. Si contingat mori, aut quoquomodo deficere Generalem, Prouincialem, aut quemcumque alium ad aliquod officium in capitulo generali, vel prouinciali electum, si adhuc extat capitulum apertum: ab eodem capitulo, & non à consultatione, siue alijs quibuscumque alius eligatur, vel à pleno capitulo, vel à definitorio iuxta qualitatem officij, & dispositionem nostrarum legum. Sed Prouincialis ex ijs omnino alius eligetur à capitulo prouinciali, qui à consultatione generali nominati fuerunt. explicat const. par. 4. c. 17. nu. 18. & seqq. & c. 18. num. 4. & c. 24. n. 15 18. 19. & 20. & c. 19. n. 5. cap. 13. n. 7. & d. 3. c. 3. 12.

XI. *Circa modum in electionibus tenendum.*

1. NVllus in quacunque electione sibi ipsi suffragium dare possit, vel suo principali, & si dederit, sit irritum & inane, si in tertio scrutinio iuxta formam constitutionum par. 4. cap. 10. num. 8. duo tantùm patres præ alijs plura suffragia inueniantur habere, exeant de capitulo, & si vnus tantū præsens est in capitulo ille exeat, nec in tali electione de ipsis facienda, suffragium ferant. Si sint plures quam duo non exeant de capitulo, & suffragium ferant. Si autem nec in quarto scrutinio perficiatur electio, compromissatij eligendi sunt: & si nec etiam in eligendo declarat const. par. 4. cap. 10. n. 7. & addit cap. cit. num. 4. *ex d. 22. c. g. 10.*

 com-

compromissario patres conueniant, tunc in quarto scrutinio facto pro electione compromissarij, is habeatur electus in quem plura suffragia concurrunt, etiamsi non sit maior pars omnium eligentium; quod si in aliquos paria suffragia concurrant, ille censeatur electus in compromissarium, qui erit antiquitate prior, idem seruetur si in eligendo secundo, & tertio compromissario similis casus occurrat. Hic autem electionis modus specialiter, & præcisè in electione compromissariorum præscribitur, quando electores aliter non conueniunt. Compromissarij electi, si ipsi nec in quarto scrutinio electionem perficiant, quia forte fuerunt plures quam duo nominati in primis scrutinijs: tunc per sortem extrahatur, siue educatur vnus, aut plures qui fuerint vltra duos nominati, & vltimi duo, qui remanent non extracti, ipsi soli sint eligibiles, quorum alterum compromissarij eligant. In electione compromissariorum nullum ius actiuum, aut passiuum habeant, vt disponit constitutio par. 4. cap. 10. num. 8 illi qui maximos suffragiorum numeros habuerint, etiam si plures quam duo sint.

adhæret const. citatę n. 5. & explicat intelligentiam. Ibidem. n. 7. & opponitur in aliqua parte const. cap. 13. n. 7. ex d. 9. c. 5. 11.

2. Semper electio fiat per secretā suffragia, vt infra in dec 14. dicetur, atque vt ius secreti suffragij semper integrum maneat, cum per schedulas fertur, volumus vt nomen eligentis in infima parte schedulæ secreto apponatur, & sigillo obsignetur, ita vt à scrutatoribus videri non possit, neque scrutatores debeant, aut possint eam partē schedulæ explicare, sed eam tantū in qua nomen est electi, sine vlla sigilli obsignatione: hoc modo est constitutio intelligenda cap. 10. num. 7. vbi dicitur, quod debeant scrutatores schedulas explicare. Apponant tamen singuli electores signum aliquod in schedula sibi notum, quod indicare debent, si opus erit, ad cognoscendum an sibi quisque, vel alteri votum dederit.

XII. *De officiorum compossibilitate.*

dispensatio const.

1. SEruetur constitutio in suo robore quoad omnia circa multiplicationem graduum, seu officiorum in eadem persona vt in par. 4. cap. 9. num. 3. præter quam in Assistentibus prouincialibus, qui vt dispositum fuit in dec. 4. c. 9. 11. eligi simul possunt in consultores domus residentiæ P. Prouincialis in magistrum nouitiorum, ac etiam in Vicepræpositum, quod & nos confirmamus; ac etiam extendimus ad patres gubernationis genera-

neralis, & Prouincialem prouinciæ romanæ, qui vt modo disponitur possunt simul eligi, siue assumi in magistrum nouitiorum domus residentiæ P. Generalis, & in Vicepræpositum deputari.

XIII. De pœnis in capitulares.

1. QVicumque ex capitularibus deputatis, & electis ad capitula, siue congregationes, & diætas generales, siue ad capitula prouincialia, non legitimè impeditus ad ea accedere omiserit; siue cum accesserit, vel præsens erit in eadem ciuitate ad eorum celebrationem assignata, vocatus non adierit dd. congregationum, seu capitulorum arbitrio grauiter puniri debebit, vsque ad priuationem inclusiuè cuiuscumque vocis, actiuæ scilicet, & passiuæ; sub eadem pœnâ eorum quemlibet obligantes ad reddendam rationem dictis capitulis, & congregationibus de impedimento habito, si legitimè impediti accedere non valuerint. adhæret const. p. 4. cap. 13. n. 5. & declarat. constit. p. 4. cap. 10. n. 3. ex d. 24. §. 7.

2. Priuantes etiam huiusmodi contumaces præsenti decreto ex nunc pro tunc voce actiua, & passiua quoad omnes illos actus tantum, qui ipsis absentibus facti fuerint, vel fient; declarantes etiam omnes actus firmos, qui fient in eorum absentia, siue quia accedere recusauerint, siue quia non valuerint, siue quacumque ex causa illi non adfuerint, validos, ratos, ac firmos. Atque vniuersaliter statuimus capitulares, qui præsentes, & vocati capitulis localibus interesse noluerint, arbitrio eiusdem capituli grauiter puniendos, & omnia facta ipsis absentibus valida fore, & firma.

XIV. De gerendis in capitulis, & consultationibus.

1. IN quocumque capitulo, & in quauis consultatione aliquid determinatè proponatur, quod ex vi nostri iuris ad talem consultationem, vel capitulum pertineat, atque omnino ibi resoluatur à patribus congregatis, & quidquid conclusum fuerit executioni mandetur, nec poterit superior quicumque, etiam Generalis, capitulum aut consultationem dimittere, re indecisa, nisi idem capituli, vel consultationis patres tali dimissioni, adhæret const. p. 4. cap. 13. n. 5. 6. & 9. ex d. 18. §. 10.

aut

aut dilationi pro maiori parte consentiant.

opponitur constit. p. 4. cap. 13. n. 7. & adhæret const. p. 4. cap. 10. n. 5. ex d. 7. sess. 9. c. g. 17.

2. De cætero resolutiones omnes, & decreta, quæ facienda, seu habenda sunt, tam in capitulis generalibus, quam prouincialibus, ac etiam localibus, nec non in consultationibus generalibus, prouincialibus, ac etiam localibus, fiant, & habeantur per vota secreta: & aliter factæ resolutiones, & decreta nullius sint roboris, & momenti.

adhæret const. p. 4. cap. 8. n. 11. ex d. 16. c. g. 13.

3. Quæ in dictis omnibus consultationibus tractantur sub secreto seruentur, si odium, dissentionem, aut præiudicium aliorum parere possunt, idque in virtute sanctæ obedientiæ præcipitur: obliget autem huiusmodi præceptum omnes personas, quæ consultationi intersunt, cuiuscumque gradus, & conditionis existant.

explicat intelligentiã locorũ cit.

4. Quod dicitur in const. part. 4. cap. 31. & 36. quod solus Præpositus cogat capitulum, & consultationem, & ipse solus res proponat; seu, nihil tractari possit, sine eius licentia; intelligitur de omni alio, qui in tali domo iura Præpositi siue Superioris habet. Et cum dicitur cap. 31. quod qui hospes in domo degit, ius nullum in capitulo habebit, nisi communiter ab alijs capitularibus decisiuis fuerit admissus; intelligitur de ijs, quibus in tali capitulo ius decisiui competit, etiamsi solum consultiui sint, qui tamen per admissionem hospitis, etiam cum voto, in capitulo, à iure voti decisiui in illo capitulo non cessabunt.

ampliat const. p. 4. cap. 29. n. 6. conformiter ad alia loca eiusd. const. vt p. 1. cap. 21. n. 7. & p. 4. c. 14. n. 2. & c. 17. num. 2.

5. Quando tempus generalis capituli proximum est, quælibet consultatio tàm localis, quàm prouincialis congregetur, & videat, quæ nam ad capitulum generale per Procuratores prouinciæ deferenda velit, scribatque, & referat statum suæ domus, aut prouinciæ simulque exponat, quæ pro sua domo, vel prouincia proponi, & tractari petat, atque tales literæ generali capitulo præsententur.

XV. *De subscriptione literarum, & expeditionum, & alijs quæ ad huiusmodi literas spectant.*

ex d. 17. c. g. 13.

1. Literæ & expeditiones quæcumque consultationis generalis, & prouincialis vltra Secretarium à P. Generali, vel Prouinciali, & vno ex Assistentibus Generalis, vel Prouincialis respectiuè subscribantur; consultationis verò localis præter Secretarium à Superiore, & vno ex consultoribus capituli generalis,

ralis, & prouincialis à præside, & vno ex officialibus capituli generalis, vel prouincialis respectiuè, & Secretario capituli; localis verò capituli præter secretarium à superiore, & vno ex alijs capitularibus: alioquin nullam fidem faciant, nullumque sortiantur effectum.

2. Nulla ex his litteris siue à consultatione, siue à capitulo mittatur, antequam in eodem capitulo, vel consultatione, vel à maiore saltem parte eorum, qui interfuerunt, postquam fuerit lecta, approbetur. addit const. p.1.cap.20. n.10. & p.4. cap.13. n.9.

XVI. De electione decisiuorum.

1. Capitulum prouinciale potest eligere aliquos sacerdotes ad vocem decisiuam, iuxta facultatem sibi competentem ex constit. par. 4. cap. 8. num 8. idest tot quot in prouincia ab vno ad alterum capitulum, per mortem, vel alia ratione, decisiui defecerint; hoc autem ita intelligendum est, quod in primo capitulo prouinciali, quod immediatè post capitulum generale celebratur, tot possunt tantum eligi, quot defecerunt in prouincia post celebrationem capituli generalis proximè præteriti: in secundo verò tot quot a primo ad secundum prouinciale capitulum. Non poterunt tamen eligi, nisi illi sacerdotes consultiui, qui habent conditiones requisitas ad vocem decisiuam via successionis consequendam, vt in sequenti decreto 17. (excepta solum conditione sexdecim annorum à professione), & quod decernitur seruandum esse à capitulo prouinciali circa qualitates, & requisita decisiuorum per electionem, seruetur etiam à capitulo generali, & omnes isti, qui votum decisiuum via electionis consequuntur, ad omnes, & singulos gradus cuiuscumque gubernationis eligibiles erunt, conformiter tamen ad alias nostras leges, & decretorum dispositiones. explicat const. p. 4. cap.13. n.9. & cap. 17. num.16. restringit. ex d. 18. c. & 17. refert se ad n. 24. eiusdem cap.

2. Nunquam verò ad gradum Prouincialis, & Procuratoris prouinciæ ad capitulum generale, & omnium, ac singulorum graduum gubernationis generalis, nisi tantum ij, qui in vltimo examine ad conclusiones faciendas non solum, vt habiles admissi fuerunt ad eas defendendas, vt infra in dec. 31. sed alio scrutinio ab eisdem faciendo declarati fuerint habiles ad philosophiam prælegendam. Comprehendantur etiam in hoc decreto electi ad decisiuum suffragium in hoc præsenti capitulo generali 19. dummodò infra annum se examini exponant, vt habiles declarentur restringit const. p. 4. cap.8. n. 13. & 14.

rantur ad philosophiam prælegendam, vel non; & iuxta declarationem reddantur habiles, vt supra, ad officia. Multo magis comprehendantur omnes alij, qui imposterum ad decisiuum suffragium eligentur: non autem ij, qui ante hoc generale capitulum electi sunt.

XVII. De decisiuis per successionem.

addit. const. p. 4. cap. 8, nn. 13. & 14. 1. NEmo possit via successionis vocem decisiuam consequi, quin prius cursu studiorum theologiæ, vel casuum conscientiæ, prout in const. disponitur p. 4 cap. 8. num. 6. aut sacrorum canonum, etiam ante ingressum Religionis peracto; examinatus sit, & approbatus ad faciendos disputationum actus, & actu conclusiones defenderit, iuxta formam examinis, & conclusionum, vt disponitur infra in dec. 31. de examine ad actus conclusionum absolutis studijs.

ex d. 12. c. g. 9.

restringit const. n. 13. & 14. 2. Cæterum quicumque vocem decisiuam via successionis consequuntur huiusmodi tantum gubernationis graduum capaces erunt; nempè Vicarij, magistri nouitiorum, Præsidis localis, consultoris localis, & Secretarij localis. Ad cæteros autem cuiuscumque gubernationis siue generalis, siue prouincialis, siue etiam localis, nullo modo eligi, vel assumi poterunt, donec via electionis, & iuxta constitutionis, & præcedentis decreti formam, vocem consequantur decisiuam.

XVIII. De Consultoribus localibus.

declarat constit. p. 4. c. 35. n. 4. & 5. Et explicat constit. c. 9. num. 3. adhæret const. cap. 10. n. 3. 1. SI in aliqua domo non erunt quatuor capitulares decisiui vltra Superiorem, qui conficiant consultationem localem, primo loco succedat in consultatione magister nouitiorum, si ibi adsit, & decisiui suffragij sit. Si verò plures erunt capitulares decisiui, in defectum vnius ex consultoribus ille suppleat locum, qui est antiquitate prior, & in illa domo vt assignatus habitat, etiamsi magister nouitiorum ipsum antiquitate præcedat.

ex d. 29. c. g. 10. 2. Hoc idem locum habeat si in domo præter Superiorem sex erunt decisiui cum magistro nouitiorum, tunc enim quoad consultationem, seu consultores non habeatur ratio magistri nouitiorum, sed perinde ac si tantum quinque decisiui essent, id exe-

executioni mandetur, quod constitutio de consultoribus disponit p.4. cap.35. num.4.

3. Quando consultatio constat ex consultoribus electis, tunc quintus decisiuus, siue de nouo adueniat, siue remaneat ob discessum sexti decisiui, non ingreditur consultationem. Similiter deficiente vno, aut pluribus ex consultoribus electis (donec fiat noua electio totius consultationis) illi tantum consultationem ingredi debent, qui sunt antiquitate primi, & sufficiunt ad complendum quaternarium consultorum numerum.

XIX. *De Præpositis, Vicepræpositis, ac alijs Superioribus localibus.*

1. PRæpositi domorum possunt, transacto vno triennio, ad aliud triennium in gubernatione eiusdem domus confirmari, si videbitur, vltra verò minimè, in eiusdem domus gubernatione. Id autem quod dicitur in const.p.4. cap.15. num.7. de translatione Præpositorum de vna ad alteram domum, non intelligitur de Præposito nouitiatus separati, qui transferri non poterit, nisi ad domum alterius nouitiatus separati intra prouinciam, vel etiam extra à consultatione generali, dummodo vterque Præpositus consentiat mutare prouinciam. Huiusmodi autem mutationes sine vrgenti causa ne fiant, vt in dicto loco constitutionum.

explicat const. p. 4. c.15. n.3. & 5.& c.23. n. 4.& ampliat c.15. n.7.

ex d.4. r.g. 11.

2. Similiter illud, quod in const.p.4. cap.33. num.9. statuitur, quod quando Præpositum, & vicarium non per paucos dies abesse contingat, designetur secundus vicarius; ita intelligatur, scilicet quando vltra mensem abesse debebunt, poterit secundus vicarius designari.

explicat const.

*ex d.28. r. g.*10.

Cum item in const.p.4.cap.15.num.8. habeatur, quod Generalis, aut Prouincialis non possit, sine Assistentium voto, suum Vicepræpositum infra annum amouere; nec Præpositus suum vicarium, sine consensu capituli; hoc ita intelligatur, quod elapso anno à die deputationis, habeat spatium vnius mensis ad deliberandum, si illum velit amouere, vel in officio confirmare: etsi infra mensem non amoueat, ipso facto Vicepræpositus, aut vicarius pro sequenti anno confirmatus existat. Quoad vicarium verò magistri, seu Præpositi in nouitiatibus separatis hæc præscripta lex non valeat, sed seruetur constit. p.2. cap.10. num.6.& decretum Clem.VIII.

addit.const. p.1.c.12. n. 7. & par.3. c.5.n.3.

3. Nemo ex nostris superioribus onus nouarum precum, cuiusmodi sunt Litaniæ, & similes breues orationes, communitati imponere possit, nisi per mensem: vltra quem, si necessitate aliqua vrgente, prosequendæ vlterius essent, consultationis localis consensus accedat.

ex d.13. c. 3.9.

Non liceat superiori licentiam concedere, vt mulieres ius nostrum ingrediantur, nec eas illuc introducere, nisi constet ex circumstantijs, & conditione personarum, nullum posse adesse scandalum, seu periculum.

addit.const. p.4. c.14. n. 1.& c.32. n. 5.& c.33. n. 9.& cap.34. num.1.

4. Neque liceat superioribus abesse à domo suæ residentiæ supra mensem, sine licentia consultationis generalis, vel prouincialis: & qui contra fecerit ab eadem consultatione omnino ab officio priuandus est. Cum autem vltra mensem cum debita licentia à sua domo abesse contingat, curam immediatam domus, rerumque eiusdem non ipse, sed vicarius, seu Præses localis habeat: etsi in alienam prouinciam commigrauerit, omninò Prouinciali illius subdetur, sicut eiusdem prouinciæ Præpositi.

explicat, & ampliat.

5. Quod dicitur in const.p.4.cap.34. nimirum in deficientia Præpositi, & vicarij à domo succedere primum decisiuum assignantum in ea domo, sub nomine Præsidis localis; hoc idem intelligendum est de primo consultiuo in ea domo assignato, si decisiui assignati in ea desint; & hic eadem iura habeat, ac decisiuus, omnes præcedat etiam antiquitate priores, qui nullo modo capitulares sunt: ac etiam decisiuos non assignatos, in illa domo nô tamẽ patres gubernatoris generalis, aut prouincialis, si in ea reperiantur. Quod autem non possit mortificare, aut conuocare capitulum, siue consultationem, intelligitur de Præside illo, qui est talis per absentiam Præpositi, & vicarij à domo; non vero de eo, qui remanet Præses per eorumdem absentiam à ciuitate; non possit tamen huiusmodi Præses sine vrgenti necessitate talia agere. At verò qui remanet Præses ob defectum, siue cessationem omnium superiorum alicuius domus, qui superiores erant, vel per electionem, vel per deputationem, omnia possit, quæ possunt superiores electi, vel deputati. Si fortè contingat in aliqua domo siue hospitio omnes sacerdotes assignatos deficere, aut deesse tunc primus sacerdos capitularis non assignatus, vel non capitularis, si non adsunt capitulares, vices præsidis agat vsque dum P.Prouincialis prouideat. De Superiore hospitij dicetur infra in decreto 22.

XX. *De Visitatoribus, & Procuratoribus prouinciarum.*

1. VIsitatores, & Procuratores prouinciarum destinati ad capitulum generale, vel prouinciale respectiuè eligantur in capitulo generali, vel prouinciali respectiuè cum suis substitutis. In capitulo autem generali pro illis prouincijs, in quibus non celebratur aliud capitulum prouinciale, vt supra in dec.8 & 10. nisi post triennium à capitulo generali fiat Visitatorum, & substitutorum electio immediatè post electionem Generalis, & aliorum patrum gubernationis generalis. In capitulo verò prouinciali fiat Visitatorum, siue Procuratorum electio & substitutorum, antequam eligatur, seu declaretur Præpositus Prouincialis; in reliquis verò, quoad alias electiones, retineatur ordo nostrarum legum. Ita de Visitatoribus vltimi anni ingressuris capitulum prouinciale post tertium annum à generali capitulo statutum, seu potius declaratum est, in dec.1.c.g.13. non vero eligantur à consultatione prouinciali vt in const p.4.cap.28. num.2.quæ constitutio debet retineri solum de Visitatoribus constituendis in primo & secundo anno, non autem in tertio, & vltimo ante prouinciale, vel generale capitulum. *mutat ordinem const. p.4. c.24.n. 18. & 19. & c.28.n.2.* *ex dd.1. & 2.c.g.13.*

2. Item quoad tertium annum debet constitutio ita intelligi, vt non possit consultatio eligere in tertio anno Visitatores ad totam proninciam visitandam ingressuros quodcumque capitulum, ex vi talis visitationis: non vero, quod pro aliqua causa Visitatores eligere non possit, ad hanc, vel illam domum prouinciæ visitandam, siue ante, siue post completam visitationem tertij anni à Visitatoribus ordinarijs. *explicat const. supra cit.n.2.*

3. Similiter constitutio eodem cap. 28. dum dicit, quod duos Visitatores consultatio singulis annis eligat, qui prouinciam visitent; debet intelligi, si commodè fieri potest, vt duo eligantur: alioqui sufficiat vnus pro aliqua, aut aliquibus domibus, alius verò, aut alij pro alijs domibus; vel vnus pro omnibus. Et vnusquisque ex istis totam auctoritatem habeat quo ad Visitationem, quam habent duo Visitatores simul dum concordes sunt (quoad suspendendos verò superiores eo solum modo, quo in sequenti decreto dicetur) & tam istis, quam omnibus alijs Visitatoribus, siue Procuratoribus possit consultatio genera- *explicat ea quæ dicuntur eodem c.28. & n.1. cit. & ampliat ea quæ habétur eodé cap.n.5.*

 ralis

ralis, aut prouincialis ex conuenienti motiuo prorogare tempus octo dierum pro aliqua causa, ita vt non solum pro illa tunc causa tantum, Visitatio intelligatur aperta, sed pro omni alia. Quod etiam præstare potest P. Generalis cum Visitatoribus, quos ipse ex se ad domum suæ residentiæ visitandam constituit.

explicat constit. p.4. c.28. n.5. & c.29. n.4.

ex d.2. c.g. 13.

4. Si contingat aliquem ex Procuratoribus, seu Visitatoribus, eorumque substitutis eligi à capitulo in Prouincialem, siue ad aliud officium (quod tamen ad acceptandum cogi nolumus) tunc alius, seu alij eligantur, ita vt numerus quatuor compleatur, ea tamen lege, vt in ordine subintrādi in locum Procuratoris, seu Visitatoris, siue substituti, qui postea fuerint electi, non succedant, nisi post alios, qui primo loco electi fuerunt; & intelligantur isti inferiores alijs primo electis: etiamsi religione antiquiores sint. Ita vt si Procurator, seu Visitator sit electus in Prouincialem, alius Visitator, seu Procurator loco illius eligatur, qui, etiamsi aliū socium præcedat antiquitate, secundū locum tamen in ordine Visitatorum teneat: ita pariter de substitutis inter se, & quoad ius subintrandi in locum Visitatorum, seu Procuratorum, & eadem regula seruetur quoad locum, & rerum executionem. Si autem electio vnius ex ipsis ad aliquod officium fiat à consultatione, & non à capitulo, & electus officium acceptet; tunc non erit alius loco istius eligendus, sed solum quando tres vel omnes quatuor deficerent, siue per assumptionē ad alia officia, aut per mortem, vel alio quocumque modo. Procuratoribus electis in prouinciali capitulo ad prouinciam visitandam, & generale capitulum ingrediendum, dentur literæ patentes ab eodem capitulo prouinciali.

addit. const. parte 4. c.28. n.5. ex d.17. c. g. 10.

5. Si duo Procuratores, seu Visitatores (casu quo inter eos dispar sententia fuerit) debeant deuenire ad electionem tertij, iuxta formam constitutionis p.4. c.28. n.5. atque in eligendo hoc tertio non conueniant; vterque singillatim secreto in chartula scribat, quem electum velit, tunc schedulæ proferantur, & antiquior religione ex duobus, qui nominati fuerint, habeatur electus.

explicat quæ dicuntur c.28. n.5.

6. Quando Superior erit vni ex Visitatoribus in primo, aut secundo consanguinitatis gradu coniunctus, aut vnum Visitatorem de altero cognoscere oporteat, tunc si non fuerit assignatus alius Visitator à consultatione, iuxtà constitutionem in supradicto cap. 28. vnus solus Visitator sufficiat, & totam visitandi auctoritatem habeat in illa domo, vel causa; habeat tamen

tunc

tunc omnino Secretarium, vel à consultatione generali, siue prouinciali respectiuè assignatum; vel si ab hac, vel illa non fuerit assignatus, ab ipso Visitatore eligatur. Sic quoque quoties non duo, sed vnus, tantum est Visitator Secretarium habeat.

7. Possint Visitatores, & Procuratores visitare prouinciam, etiã infra sex menses, ante capitulum; dummodo visitationẽ, non prorogent vltra sex menses, & illam compleãt ante duos ab inceptione cuiuslibet capituli mẽses. Si Visitatores, vel Procuratores, quocumque modo impediti, non possent Visitationem incipere, seu perficere, substituti subintrent, visitationem incipiant, seu compleant; & ipsi capitulum ingrediantur cum suffragio, vt Visitatores. Hoc tamen non intelligatur, si quis ex Visitatoribus, visitatione iam incepta, ob actualẽ infirmitatẽ non possit visitationem prosequi: tunc enim, nisi consultatio generalis, vel prouincialis, quatuor ex quinque votis concurrentibus, dispensauerit substitutus visitationem simul cum alio Visitatore prosequatur, capitulum verò ingrediatur Visitator, qui visitationem incepit; si ab infirmitate conualescat, alioqui substitutus, si visitationem perfecerit. Non impediuntur ingredi capitulum Visitatores si visitationem complere non possunt ob commune impedimentum, vt ob pestem, bellum, vel quid simile. ampliat const. c.24. n.4. & c.26. num.8.

XXI. *De ijs, quæ Visitatores possunt, & ad quæ tenentur.*

1. AD regularis disciplinæ custodiam necessarium visum est decernere, quod in actu visitationis, & in ordine ad visitationem tã Generalis, quã Prouincialis se solo suspendere possit Præpositos, ac Superiores ab officio, vsque dum ad suam consultationem referat, ex causis tamen, quibus Superior iuxtà leges nostras priuandus erit, quarum causarum plures infra in dec. 42. enumerabimus. Eadem omnino facultas suspendendi conceditur duobus Visitatoribus, si concordes sint inter se, & conueniant; non verò si alter discrepet: tunc enim resolutio spectabit ad consultationem, cui statim omne, quod accidit significandum est. Eadem facultas conceditur, quando vnus tantum est Visitator, dummodo necessitas sit adeo vrgens, & periculum in mora, ita vt expectari resolutio consultationis non possit. *ex d. 4. c. 8. 11.* explicat const. par. 4. cap. 28. n. 14. derogat const. par. 1. cap. 5. n. 8. conformatur par. 4. cap. 3. n. 4.

a Pos-

2. Possint etiam supradicti Visitatores, siue ordinarij, siue delegati, siue etiam Superiores, dum ex officio, vel ex commissione visitationem exercent, ordinationes efficere, præcepta, & censuras imponere, etiam communitati; iubere, & declarare, vt durent etiam post Visitationem, quamdiu à consultatione generali, vel prouinciali respectiuè reuocata non fuerint; ita tamen vt statim, atque talia fecerint, ad consultationem scribere teneantur: vt id decernat, quod expedire videbitur. Possint pœnitentias imponere, etiam carceris pœnam; quando res dilationem non patitur, & periculum est in mora, iuxta tenorem const. part. 4. cap. 28. num. 14. & similiter tunc statim ad consultationem scribere teneantur, ac iubere possint, vt quis clausus in cubiculo, vel in carcere maneat, donec consultatio prouideat.

ad mentem const. p. 4. cap. 8. n. 11.

3. Præcipitur in virtute S. obedientiæ Visitatoribus, ac etiam Secretarijs cuiuscumque visitationis, vt secretum seruent de rebus visitationum, & in literis patentibus, quæ ad eos dantur, huiusmodi præceptum hoc decreto expressum, apponatur. Non prætermittant Visitatores præceptum communitati imponere de fideliter denunciandis, quæ denunciari debent, & in eos qui denunciare prætermittunt id, ad quod tenentur, vt in præcepti transgressores animaduertant.

ex d. 1. c. 8. 13.

4. Visitatione in qualibet domo completa, eius acta statim claudantur, & obsignentur, & consultationi generali, vel prouinciali respectiuè, quamprimum mittantur, vel ab eisdem Visitatoribus præsententur, si quam primum possunt, & non nisi in eadem consultatione aperiantur.

iuxta const. p. 4. cap. 28. n. 15.

5. Procuratores prouinciæ Hispaniarum vltimo anno ante celebrationem capituli generalis (vt habemus ex const. par. 4. cap. 28. num. 15. & statutum est iterum, atque sub pœnis ampliatum cap. generali 16. dec. 24.) omnino deferant omnes visitationes, omnium, ac singularum domorum eiusdem prouinciæ capitulo generali, eique præsentent, in eoque aperiantur; & si in hoc contrauenerint, careant iure ingrediendi idem capitulum generale, in quod nullatenus admitti volumus, ac insuper toto tempore capituli generalis, ac etiam capituli prouincialis proximè celebrandi careant voce passiua; ita vt in illis ad nullum officium eligi possint.

6. Visitatores omnes, siue ad generale; siue ad prouinciale capitulum destinati, tempore visitationis omnino inquirant

extendit const. cit. num. 5. eiusdem c. 28.

circa personam Prouincialis, & Assistentium non minus; ac circa alios quoscumque, & plena auctoritate, medio iuramento, de Prouincialis persona, ac Assistentium perquirere valeant: non autem vt ipsi Visitatores aliquam sententiam proferant contra eos; sed, vt diligenti examine plenè comprobata deferant ad capitulum generale, aut prouinciale, ad quod destinantur: pro complemento tamen examinis omnino teneantur Visitatores Prouincialem interrogare, & Assistentes, si quid contra eos delatum est, vt respondeant. Id quod seruari debet erga quoscumque alios delinquentes, vel delatos. Quapropter in posterum capitulum prouinciale cognoscere quidem poterit causam Prouincialis, & personam, item, & sententiam, quam iustam iudicauerit, contra ipsum ferre: non tamen executioni mandare debebit, nisi prius sententia, ac iudicium approbetur à generali consultatione. addit cap. 24. & determinat iuxta nu. 8. eiusd. cap. 24. ex d. 12. c. g. 11.

7. Inquirant Visitatores diligentissimè in quacumque visitatione circa satisfactionem missarum, tám quas perpetuo onere, quam quas quotidiana eleemosyna vnaquæque domus tenetur satisfacere, & an huiusmodi missarum eleemosynæ fiat fideliter introitus, & exitus; & an etiam supra vires huiusmodi onera suscipiantur: & qui in hac materia, siue Superiores in non adimplendo suam obligationem, siue Visitatores in non inquirendo, vt iam dictum est, negligentes fuerint pœnam priuationis officij, vocisque actiuæ, & passiuæ ad biennium (etiam Prouincialis ipse) subeant, & alias, præter istam, arbitrio consultationis generalis infligendas; eiusdemque arbitratu declarandum erit delictum, & sententia proferenda. Item inquirant de administratione aliarum pecuniarum, vt infra in dec. 43. similiter inquirant circa paupertatem, vt dicetur infra in dec. 56. ampliat const. p. 1. cap. 4. n. 14. & 15. & p. 3. cap. 5. n. 11. & p. 4. c. 15. n. 10. & cap. 28. nu. 11. & 13. ex d. 3. sess. 9. c. g. 16.

8. Visitatores sicut etiam Procuratores prouinciarum tempore visitationis prouinciæ præter locum, vt in const. p. 2. c. 16. num. 4. habeant iura, quæ habent Assistentes prouinciales, præter ius ingrediendi consultationem prouincialē, & expleta prouinciæ visitatione, siue tempore visitationis eiusdem, maneant, vt assignati in ea domo, in qua residere debent, vsque dum ad capitulum accedant; nullibi tamen vt assignati maneant, dum Visitatio durat, etiamsi vltra mensem in aliqua prouinciæ domo commorentur. Si autem tunc temporis, quis eorum moreretur, ea domus in qua ante visitationem assignatus erat omnia ei præstet, ac si ibi mortuus esset. addit constit. p. 4. c. 28. nu. 5. & cap. 29. n. 5.

XXII. De hospitij domibus, & Superioribus earum.

ex d. 28. c. g. 10. ampliat cunit. p. 3. c. 4 n. 1. & p. 4. c. 19. n. 6. & c. 26 n. 5. & p. 2. c. 16. n. 4.

1. PRo hospitij domibus, in quibus ob minorem religiosorum numerum, nec dum est Præpositus constitutus, debet consultatio generalis, aut prouincialis deputare aliquem capitularem decisiuum, eumque ibi Superioris nomine designare, & quam auctoritatem ad regimen illius domus expediens visum fuerit, ei tribuere, possitque talem Superiorem deputare, etiamsi sit antiquitate posterior alijs ibidem commorantibus.

2. Quod si ex necessitate contingat in tali domo nullum capitularem decisiuum assignatum adesse, tunc aliquis alius sacerdos saltem consultiuus deputetur à consultatione, vt supra, & hic iura omnia Præsidis localis habeat, donec deputetur alius antiquitate prior, aut ibi decisiuus assignatus adueniat; habeat tamen iste Superior sic deputatus, etiamsi decisiuus non sit, omnia iura perinde, ac haberet si decisiuus esset, prætterquam præcedere patres consultationis generalis, vel prouincialis, si in domo hospitij reperiantur: sed isti illum præcedant, sicuti dictum est, quod Præsidem localem præcedant.

ex d. 16. c. g. 9.

3. Insuper consultatio generalis, siue etiam prouincialis instructiones efficiat pro religiosis, qui in domibus hospitij resident ad fundationem peragendam, habita locorum, temporum, & personarum ratione.

XXIII. Circa literas continentes prænominationes, & nominationes Prouincialis, & expensas pro istis, alijsque literis ad consultationis patres mittendas.

ampliat conit. p. 1. c. 21. n. 7. & p. 4. c. 24. n. 15. 16. & 17. ex d. 26. c. g. 10.

1. LIteræ missæ à patribus prouinciæ ad consultationem generalem, continentes prænominationem eorum patrum, qui nominari debebunt ab ipsa consultatione, ad hoc, vt ex illis eligatur Prouincialis, omnino debeant in prima consultatione generali, à die, qua receptæ fuerint, præsentari, & legi in plena consultatione; & si quis illas aliter aperiat, aut impediat, seu

seu quomodolibet retineat, aut retardet; etiamsi sit ipsemet Generalis, excommunicationis latæ sententiæ pœnam, ipso facto incurrat. Similiter literæ rescriptæ ab ipsa consultatione generali continentes nominationem pro electione Prouincialis, fideliter prouinciali capitulo præsentari debebunt: & si illas aliter aperiat, impediat, retineat, aut retardet, quicumque ille sit, parem excommunicationis pœnam, ipso facto, incurrat. Dictam prænominationem faciant omnes illi, qui ius habent ingrediendi cum suffragio capitulum illius prouinciæ, præterquam patres gubernationis generalis in prænominatione Prouincialis vtriusque Siciliæ.

2. Impensas huiusmodi literarum, & aliarum, quæ ad P. Generalem, eiusque consultationem, ac ad patres talis consultationis scribuntur, soluat ea domus, vel prouincia, quæ eas mittit: quæ omnia proportionaliter seruari debent de literis, quæ ad Prouincialem, & alios patres suæ gubernationis mittuntur à domibus suæ prouinciæ. addit const. p. 1. cap. 21. n. 7. *ex d. 9. c. §. 8.*

XXIV. *De subsidio pecuniarum consultationi generali, & prouinciali præstando.*

1. QValibet domus prouinciæ contribuat consultationi prouinciali certam pecuniæ summam ab ipsamet consultatione taxandam, iuxta facultatem domorum: hoc tamen seruandum erit, iuxta ea, quæ determinata sunt in capitulis generalibus. Similiter singulæ prouinciæ consultationi generali contribuant summam ab eadem consultatione taxandam; & hoc ad finem, vt possint negotia communia tum prouinciæ, tum Religionis, quæ expensis indigent, expediri. Conseruatio, & administratio huius pecuniæ ad eamdem consultationem pertinebit; & ideo ad custodiam illius arcula designetur, tribus, vel duabus saltem clauibus obseranda à tribus, vel duobus patribus eiusdem consultationis retinendis. *ex d. 9. c. §. 8. & ex d. 25. c. §. 10.* addit const. p. 3. c. 5. n. 15.

XXV. De impedimentis, quę obstant ad ingressum, & professionem nouitiorum; & de modo eos recipiendi.

1. QVod in const. par. 2. cap. 3. num. 5. pro vltimo impedimento indispensabili ponitur; debet intelligi etiam de ijs, qui votorum simplicium in Societate Iesu professionem emiserint: non verò de illis, qui professionem emiserint in aliquo tantum ex ordinibus militaribus, vt Sancti Ioannis, Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & si qui sint similes: etiam de ijs, qui in huiusmodi ordinibus in regnis Hispaniarum appellantur *freyles*: hæc enim professio nullo modo ad ingressum nostræ Religionis obstabit.

explicat.

ex d.6. c.g. 7.

2. Maximè tamen obstabit descendentia ex Mauris, vel Iudæis, qui vulgo dicuntur Christiani noui in primo, & secundo descendentiæ gradibus vtriusque parentis, & si qui sint alij gradus, qui, vt habetur in dec.8. cap. g. 13. reddunt personas inhabiles per literas apostolicas ad curam animarum in regnis Hispaniarum, præsertim Lusitaniæ; & hoc tamquam vnum ex impedimentis primi generis indispensabilibus apponendum est in protestatione, quæ nouitijs fit, cum admittuntur ad habitum. Præcipiturque non solum Præpositis, & Vicepræpositis, sed ipsimet Prouinciali sub pœna priuationis officij indispensabiliter, ne aliquem ex istis huiusmodi impedimentum habentibus ad ingressum nostræ Religionis, siue ad habitum, aut professionem admittant, siue admitti permittant. Et si oriatur super puritate sanguinis dubitatio, aut suspicio, tunc non admittantur probationes, antequam debito zelo, & diligentia inquiratur per ministros sanctæ inquisitionis, in locis originis religiosi, de quo agitur, & eius maiorum: & si constiterit aliquos ex receptis admissos fuisse ad ingressum, vel habitum, siue ad professionem contra dispositionem huius decreti, ij sine mora per consultationem prouincialem nostro habitu expolientur, atque à Religione eijciantur: & hoc idem seruetur non solum in prouincia Hispaniarum, sed in omnibus alijs.

ampliat.

ex d. 8. c. g 13. & ex d. 3. sess.5. c. g. 16.

3. In omni autem receptione nouitiorum tam prima, quæ est ad hospitium, quam secunda, quæ est ad annum probationis, quam tertia, quæ est ad professionem, hoc ordine pro-

ampliat const. p.2.c. 3. n.15. & c. 4.n.8.& c.5. num.2.

procedatur; primo per vota secreta decernatur an propositio circa admissionem sit statim facienda: si fuerit resolutum pro parte affirmatiua, fiat secundum scrutinium, an qui proponitur sit admittendus, vel reijciendus: si autem in primo scrutinio cuiuscumque ex tribus prædictis receptionibus fuerit resolutum pro dilatione; tunc tempus dilationis per vota non secreta decernatur; & tempus illud dilationis statuatur (intra terminos tamen nostrarum legum, vt in const. p.2. cap. 5. num. 2.) in quod ex diuersitate votorum plures inclinauerint, etiamsi supra medietatem non sint, & si paria fuerint vota pro maiore, vel minore dilatione temporis, & in vna ex istis partibus votum præsidentis in capitulo aderit, illud pro concluso habeatur, non obstante eo in hoc expresso, & singulari casu, quod supra in dec. 54. num. 2. statutum est de votis secretis.

ex d. 7. sess. 6. c. g. 13. & ex d. 13. c. g. 11. ex d. 1. sess. 3. c. g. 17.

XXVI. *De nouitiorum confessarijs.*

1. VT nouitiorum educationi prouidè consulatur, quamuis ad eorum confessiones audiendas soli magistro cura demandata sit ex constitutionis præscripto p. 2. cap. 12. num. 2. Superior nihilominus teneatur semel in mense, eo die, quo ei visum fuerit, vnum aut duos secundum exigentiam, & nouitiorum numerum confessarios ex nostris deputare, vt nouitiorum confessiones auscultent, in quibus diebus magister nouitiorum omnino se abstineat ab audiendis suorum nouitiorum confessionibus. Id ipsum præstetur in nouitiatibus separatis.

ampliat. ex d. 11. c. g. 9.

2. Nulla tamen ratione, præterquam casu prædicto, nostris sacerdotibus liceat nouitiorum in primo nouitiatu sub cura magistri degentium confessiones audire, nisi ex concessione, & consensu expresso magistri nouitiorum, & Superioris; qui contra fecerit sit ipso facto suspensus à confessione tam sæcularium, quam regularium, & suspensio Generali, aut Prouinciali reseruata manebit.

declarat const. p. 2. cap. 12. n. 2.

XXVII. *Circa fratres Laicos nouitios extra nouitiatum degentes.*

1. FRatrem laicum nouitium, elapso anno, vel sex mensium spatio, iuxta constitutiones p. 2. cap. 9. num. 3. ex primo noui-

explicat. ex d. 11. c. g. 10.

nouitiatu eductum; & inter professos commorantem, sacerdos illc à Superiore deputandus, vt eius curam gerat, perinde in omnibus regat, & dirigat, ac si esset eiusdem magister nouitij; super illum plenariam, adinstar magistri, habeat potestatem, & perinde ab illo habeatur consensus si nouitium Præpositus dimittere velit, itemque relatio de vita, & moribus pro eo tempore, quo illius curam gesserit, si ad professionem admittendus sit, exigatur.

ex d. 7. sess. 6. c. 8. 11. & ex d. 11. c. 5. 11. ex d. 1. sess. 8. c. 8. 17.

2. At vero, si hospitium totum extra domum nouitiatus transegerit, annum deinde probationis integrum in nouitiatus loco cum alijs nouitijs sub cura Magistri transigat, & quandocumque extra nouitiatum, siue domum nouitiatus degerit, sub cura alicuius sacerdotis sit in omnibus, vt supra.

XXVIII. *Circa secundos nouitiatus, & personas ad ipsos spectantes.*

amplius dispensat. ex d. 13. c. 8. 8.

1. Attenta præsentium paucitate domorum nostræ Religionis, decretum fuit, non obstante const. par. 2. cap. 13. num. 4. quod quousque domus multiplicentur, & sufficiens adsit commoditas, vt secundus nouitiatus simul cum primo in eadem domo stare possit, habitatione tamen ab inuicem separati.

astringit declarat d. 10. c. 8. 10.

2. Decernitur etiam, ac præcipitur, quod non solum protrahi possit per biennium tempus, quo clerici professi degere debent in secundo nouitiatu sub cura præfecti, vt in constit. par. 2. cap. 13 num. 3. sed quod omnino protrahatur vsque ad sacerdotium, nec quemquam inde P. Prouincialis, nec etiam P. Generalis educere possit, sine Assistentium voto: aliaque omnia obseruari debent circa secundum nouitiatum, & personas ibi degentes, quæ præcipiuntur à decretis pontificijs, & à nostris constitutionibus, & iuxta hæc ibi educari debeant.

explicat, & restringit const. n. 8. ex d. 1. sess. 5. c. 8. 16.

3. Nec inde extrahi, aut distrahi valeant, etiam occasione ad obedientias, & functiones extra secundum nouitiatum peragendas: multo minus ad alia quæcumque negotia extra domum, aut extra ciuitatem, & locum domicilij ipsorum; & si qua præcisa, & vrgens necessitas se offerat, non liceat, nisi de licentia consultationis generalis in prouincijs Italiæ ad plura vota: in prouincia verò Hispaniarum à consultatione prouinciali, qua-

tuor concurrentibus per vota secreta: & si in domibus remotioribus adeo vrgeat necessitas, vt nullo modo expectari possit dicta licentia consultationis generalis, aut prouincialis: tunc non permittatur nisi de licentia consultationis, vel capituli localis, si consultatio non adsit, omnibus per vota secreta concurrentibus; eademque consultatio, vel capitulum locale statim certiorem faciat consultationem generalem, vel prouincialem respectiuè, cum explicatione, & iustificatione vrgentis, & præcisæ necessitatis.

4. Decernitur deindè vt præfectus secundi nouitiatus deputari non possit, qui trigesimum saltem ætatis annum non expleuerit, & decem à professione religiosa laudabiliter exegerit. Quod si vrgẽs aliqua necessitas contrariũ postulabit, sine facultate consultationis generalis, vel prouincialis ne fiat, seruatis hac in parte decretis apostolicis. Deputatio autẽ præfecti non fiat à solo Præposito domus, aut à solo Prouinciali: sed deputetur adhibitis votis consultationis prouincialis, vel generalis, cũ consultatio generalis gerit vices cõsultationis prouincialis: & ab eadem consultatione amoueatur præfectus; & si qua vrgeat causa, quæ resolutionem consultationis expectare non possit: tunc à Prouinciali, aut Superiore locali suspensio præfecti fiat, & statim consultatio prouincialis certior fiat: vt quod expediens erit, quamprimum decernat. ex d.5.sess.10.c.§.16.

XXIX. *De ijs, quæ ad præfectum studiorum, lectores, & huiusmodi cæteros attinent.*

1. NEmo ad præfecti studiorum officium assumi possit, qui prius lector theologiæ non fuerit, vel actu non sit. Proinde præfectus studiorum sicut etiam lectores, necnon (vbi ex more prouinciarum deputari solent magistri scholasticorum) præcedentiam habeant respectu eorum scholasticorum, qui sacerdotes existentes ordine antiquitatis deberent præcedere: eamdem etiam præcedentiam habeat præfectus respectu lectorum, & lectores respectu magistri scholasticorum. Hæc autem præcedentia seruetur tantum in actibus studiorum, vt in conclusionibus, examine, & similibus intra scholam. restringit const. p. 1, cap.33.n.3. ampliat p. 2.c.16.n.4. ex d. 6. c, §. 9. iuxta const. p.1.c.39.n.4 extendit const. c.33. n.2.

2. Lectoribus, antequam logicam, vel theologiam prælegere incipiant, concedatur saltem vnus præparationis annus; quo, si in domibus exercitiorum reperirentur, habeant eamdem illam exemptionem à choro, quam haberent, si in collegio habitarent, ampliat p.2. cap.18. n.2. ex d. 34. c, §. 10.

3. Le-

conformatur constit. p. 1. cap. 36. n. 3. & p. 2. cap. 17. n. 3. & derogat const. p. 1. c. 9. n. 7. & p. 2. cap. 17. n. 3.

3. Lectores verò humanitatis sint diebus ferialibus à choro immunes, & quamuis simplices clerici sint, onera tamen clericalia, siue quoad lectionem in mensa, siue quoad reliqua, quamdiu hoc officio funguntur, nequaquam subire teneantur. De alijs priuilegijs ad lectores spectantibus infra in dec. 34. dicetur.

XXX. *De lectoribus prouinciæ Hispaniarum, & scholasticis designandis ad collegium complutense, & salmanticense.*

restringit const. p. 1. cap. 35. n. 2.

ex d. 2. sess. 10. c. g 16.

1. DEputatio lectorum cuiuscumque facultatis superioris non fiat deinceps pro collegijs prouinciæ Hispaniarum à solo Prouinciali, sed simul cum sua consultatione, vt sequitur: videlicet primo à prædicta consultatione conuocentur ij, qui habent qualitates iuxta nostram constitutionem requisitas, iubeatque consultatio eos conuenire in ipsam domum residentiæ prouincialis: deinde eadem consultatio eligat duos examinatores, qui omnino sint, vel fuerint theologiæ lectores, à quibus coram Prouinciali, & eius consultatione examinabuntur ij, qui fuerint conuocati: postea deueniatur ad approbationem per secreta suffragia faciendam à Prouinciali, eiusque Assistentibus, & examinatoribus, præstito prius ab omnibus septem iuramento de non approbando nisi eos, quos dignos in conscientia iudicauerint; & ille approbatus legitimè censeatur, in quem quinque ex septem suffragijs conuenerint. Volumus enim vt ad hanc approbationem semper numerus septem suffragiorum compleatur: vnde si contingat aliquem, vel aliquos ex prouinciali consultatione quouis modo deficere, vel vnum, aut vtrumque ex examinatoribus inter Assistentes numerari, aut alio titulo consultationem ingredi debere, tunc in locum deficientium, aut vnius, vel vtriusque ex examinatoribus, alij subrogentur ab eadem consultatione: vt numerus septem impleatur. Facta approbatione, si vnus tantum approbetur, ille intelligatur ad lecturam deputatus; si verò plures fuerint approbati: fiat electio à sola consultatione, per secreta tamen suffragia, quis ex illis ad officium lectoris approbetur, vt supra.

addit const. p. 1. cap. 33. num. 2.

2. Idem etiam seruetur quo ad examen, approbationem, & deputationem de magistris studentium, qui alias non fuerint

exa-

examinati, & approbati ad lecturam illarum facultatum, ad quas studētes sub eorū directione deputādi sunt tunc enim eos de nouo examinare, & approbare necesse nō erit. Ad officium verò magistri studentium philosophiæ in collegio complutensi non possit eligi, neque admitti, nisi qui cursum lecturæ philosophiæ laudabiliter peregerit. Firma tamen semper maneat facultas consultationi prouinciali amouendi lectores, & quoscumque alios, etiam intra cursum, ad formam constitutionum, & decretorum.

3. Assignatio item Scholasticorum vtriusque facultatis ad collegium complutense, & salmaticense ab eadem consultatione fiat, ita vt primo instituatur examen faciendum per duos examinatores deputandos ab ipsamet consultatione prouinciali per vota secreta: quod examen fiet coram Præposito, & consultatione locali illius domus, vel collegij, vbi examinandi reperiuntur. Approbatio verò fiat ab eadem consultatione locali, vna cum examinatoribus, per vota secreta, quinque ex septem concurrentibus, & idem seruetur hoc casu quoad supplementum consultorum, siue deficientium, siue in examinatores electorum; ita vt semper numerus septenarius, si fieri potest, impleatur, vel à consultatione prouinciali, vel à capitulo domus, vbi fit examen, tam in examine, quam in approbatione. Approbatio autem facta à consultatione locali, & examinatoribus transmittatur ad consultationem prouincialem, à qua tandem erunt scholastici assignandi, per secreta etiam suffragia, concurrentibus quatuor ex quinque. Specialiter autem circa eos, qui mittendi sunt ad audiendam logicam in collegio complutensi decernitur, quod omnes, qui capaces sunt in tota prouincia, examinentur super grammatica, & humanioribus literis in ijs domibus, in quibus ipsi reperiuntur, vt ex omnibus totius prouinciæ optimi eligantur. In deputatione autem examinatorum, in examine, approbatione, & assignatione seruetur forma præscripta in hoc decreto. Sed tam examen, quam approbatio, & designatio istorum omnino concludatur quatuor mensibus ante incohationem cursus, vt per dictos quatuor menses, illi, qui fuerint assignati addiscant institutiones logicas, quas summulas vocant.

restringit const. dicto cap. num. 4. & 5.

ex d. 3. sess. 10. c. g. 16.

4. Denique pro ijs, qui minus apti ad studia philosophiæ, & theologiæ scholasticæ inuenti fuerint, Prouinciali curæ sit, vt eis prouideatur de magistris, qui possint illos instruere circa studia theologiæ moralis, iuxta præscriptum nostrarum constitutionum.

determinat iuxta const. p. 1. cap. 33. n. 5. & cap. 36. n. o.

XXXI. *De*

XXXI. *De examine scholasticorum, alijsque ad eosdem spectantibus.*

ex d.4. sess. 9.c.g.17.

1. DEcernimus quod post hac non admittantur ad studia logicæ, nisi, qui sufficienter instructi, & edocti in humanioribus literis, & lingua latina per examen inuenti fuerint: Qui vero studia philosophiæ, & theologiæ absoluerint immediatè in eadē domo, seu collegio debeant examinari ab examinatoribus deputandis à patribus consultationis generalis, vel prouincialis pro Hispaniarum prouincia; qui quidem deputent (si fieri potest) examinatores qui lectoris officio laudabiliter functi sint, seu fungantur, qui iurare teneantur, se examen peracturos, & votū daturos omni rectitudine, & synceritate, idemque iurent quoad rectitudinem votorum omnes alij, qui in huiusmodi examine votum habent. Eisdemque examinatoribus mandatur sub formali præcepto obedientiæ, ne quouis modo directè, vel indirectè, mediatè, seu immediatè indicent, siue communicent, indicare, aut communicare faciant, seu permittant materias, argumenta, & responsiones, super quibus sunt examinandi. De singulis tamen duplex fiat scrutinium, iuxta ea, quæ dicta sunt supra dec.16. videlicet si in primo admissus scholasticus fuit ad conclusiones defendendas; fiat secundum ad inquirendum an admittendus sit ad philosophiam prælegendam, vel non; & præfati omnes conclusiones publicas theologiæ habeant, & testimonium reportent, quod laudabiliter se gesserint.

restringit, & addit const. p.1. cap.33. nu.4. & 5. & c.36.n.6.

vt supra.

2. Quo verò ad eos qui parum idonei reperti fuerint ad prosequenda studia philosophiæ, & theologiæ scholasticæ, & ad studia theologiæ moralis destinati fuerint, vt in const.p.1. c.33. num. 5. prouideatur de idoneis lectoribus in eadem domo studiorum, si fieri poterit; sin minus, in alijs domibus, ad quas fuerint destinati, prouideatur omnino illis de sufficienti lectore, & quando, peractis studijs, examinandi erunt, si commodè fieri poterit examinentur ab examinatoribus in domibus studiorum destinandis; etsi commodè id præstari nequeat, de licentia consultationis generalis, seu prouincialis in alijs domibus ab examinatoribus ab eadem consultatione generali, seu prouinciali, vt dictum est specialiter deputandis, sub eisdem iuramento, & præcepto; prout supra dictum est: & hi pariter conclusiones

ſiones habeant, ſaltem coram religioſis domus, in qua fuerint examinati, & teſtimonium reportent quod laudabiliter ſe geſſerint.

3. Debent etiam noſtri examinari ab examinatoribus conſtituendis, vt in conſtitutionibus p.1. cap.43. num.4. & iuxta formam præſcriptam cap.36. num.6. etiam cum ad logicam admittuntur, interueniente in hoc examine lectore humanitatis, aut aliquo, loco eius, ſi deficiat, à Superiore deputando. Nec in fine logicæ ſolum, vt in conſtitutionibus loco citato num. 6. ſed etiam ſingulis theologiæ ſtudiorum annis, vt ſic ſingulorum profectus ſuperioribus innoteſcat, & iudicent an incepta ſtudia ſcholaſtica, ſeu ſpeculatiuæ theologiæ proſequi, & continuare debeant, vel potius eorum aliquis ad ſtudia theologiæ moralis debeat applicari.

vt ſupra.

ex dec. 34. c.g.10.

4. Omnes actus ſtudiorum, ſicut etiam orationes latini ſermonis, quæ in principio ſtudiorum, & in alijs actibus ſolemnibus recitantur, in volumine collectę conſcribantur, & ad futuram rei memoriam in archiuio domus ſeruentur: quod quidem volumen nullo modo alijs, præterquam noſtris religioſis à ſuperiore detur legendum.

addit conſt. p.1.c.36.n.6 cōformatur conſtit.p.3. c.5.n.10.
ex d. 8. & g. 9.

XXXII. *De expoſitione Euchariſtiæ in collegijs, & alijs noſtris domibus.*

1. CIrca expoſitionem Sacramenti Euchariſtiæ in collegijs prouinciale capitulum, ſiue conſultatio generalis, aut prouincialis decernat in quo nam collegio, & domo ſtudiorum prima menſis dominica, vel alia debeat, vel non, in altari exponi, iuxta formam conſtitutionum p.1.cap.30. num. 2. an etiam poſt prandium, & oratio fieri, vt ibi dicitur, quando miſſæ ſacrificium in eo non celebratur. In domibus verò exercitiorum non ſolum mane, ſed etiam de ſero hora congruente talis expoſitio fiat, & à noſtris in orbem, vt dicitur prædicto conſtitutionis loco, oratio continua habeatur.

explicat, extendit, & mutat conſtit.cit.

XXXIII. *De concionatoribus.*

extensio const.

ex d. 33. c. g. 10.

1. EAmdem exemptionem, quæ in constitutionibus p. 1. c. 29. num. 7. conceditur concionatori, quando primo anno ad conciones quadragesimales se præparat: concedimus concionatori, quandocumque, vel ad quadragesimales in eadem ciuitate, in qua iam alias in quadragesima prædicauerat, habendas se præparat: vel quando in eadem ciuitate annuales habebit, in qua præcedenti anno concionatus erat: & præterea, qui ad annuales conciones prima vice se præparat, eadem immunitate gaudeat, per sex menses, quam constitutiones tribuunt ei, qui ad quadragesimales prima vice se præparat.

explicatio constit.

ex d. 6. c. g. 8.

2. Quod constitutio p. 1. cap. 14. num. 7. disponit de comestione concionatorum in cubiculo, tempore quadragesimæ, non intelligitur de eo, qui solum tribus in hebdomada discontinuatis diebus concionem habebit, is quidem illis ipsis diebus, & non alijs, in cubiculo comedere possit, & non nisi mane, si mane concionatus fuerit, & non nisi vespere, si vespere. Excipimus concionatores prouinciæ Hispaniarum, in qua aliter consuetudo exposcit, quam remittimus arbitrio, & prudentiæ superiorum illius prouinciæ.

XXXIV. *Priuilegia concedenda concionatoribus, lectoribus, librorum conscribentibus, & magistris nouitiorum.*

addit const. p. 4. cap. 24. nu. 4.

ex d. 1. sess. 3. c. g. 16.

1. VIsum est, pro maiori bono Religionis, omnes ad perfectam regularem obseruantiam, & ad studia promouenda, præmio aliquo excitare, & animare; atque ita in futurum, qui vitæ, ac morum integritate, & regularis disciplinæ zelo, ac exemplo commendati lectoris philosophiæ, ac theologiæ, vel concionatoris quadragesimæ munere cum laude, ac plausu, & cum honore Religionis, ac alijs conditionibus vt dictum est dec. 14. capituli generalis 19. aut officio magistri nouitiorum cum profectu per viginti annos integros functi fuerint, atque in capitulo prouinciali constito de huiusmodi adimplemento

per

per secreta suffragia, duabus, ex tribus partibus votorum, concurrentibus, approbati, & in capitulo generali præsentati fuerint, vel saltem in consultatione prouinciali, vel generali, quatuor, ex quinque, concurrentibus, si post capitulum prouinciale, tempus impleuerint, vel ob aliam causam in capitulo prouinciali de aliquibus pertractatum non fuerit; possint in capitulo generali per secreta pariter suffragia, duabus iterum ex tribus partibus votorum concurrentibus, habilitari ad ferendum votum perpetuo in capitulis prouincialibus illius prouinciæ, in qua fuerint assignati. Idem propositionis ordo seruetur cum auctoribus librorum, de quibus loquitur decretum. 12. c. g. 19. *ex dec. 12. c. g. 19.*

2. Lectoribus item, vt supra, approbatis conceditur, vt possint licitè in vno ex nostris collegijs theologiæ, seu domibus studiorũ suæ prouinciæ habitare, & commorari in qua Prouincialis magis expedire iudicauerit; nisi interim assumpti fuerint ad aliquem gubernationis gradum in alia domo, ad quem tamen acceptandum, cogi non possint, nisi fuerit gradus Præpositi Prouincialis, aut ex gradibus gubernationis generalis. *restringit const. par. 3. c. 4. nu. 3.* *ex d. 6. c. g. 9.*

XXXV. *De confessariorum examine, eorumque, ac aliorum sacerdotum oneribus.*

1. VT nostri sacerdotes ad secularium confessiones audiendas debita prouidentia exponantur, omninò prima vice examinentur de scientia, & eruditione non solum à tribus examinatoribus deputandis, iuxta formam constitutionis p. 1. cap. 28. num. 4. Sed etiam à Præposito, & vicario, vel deficiente vicario, ab alio ad libitum Superioris deputando: hi quinque viri diligenter etiam spectare debebunt probitatem, & honestatem morum sacerdotis exponendi, atque omnibus ritè consideratis, per secreta suffragia decernant, an admittendus sit, vel reprobandus, ac de omnibus certiorem faciant Prouincialem, cuius, imò etiam ipsius Generalis, sicut & supradictorum patrum conscientias grauiter oneramus, vt non nisi eruditos, & morum probitate conspicuos ad hoc tam sanctum ministerium admittant, vel exponant. In domibus autem in quibus non sit quinarius patrum numerus, Prouincialis cum suis Assistentibus prouidebit, à quibus, & quomodo sacerdotes examinandi ad confessiones, & approbandi sint. Et quamuis Prouincialis ali- *restringit const. p. 1. c. 28. num. 3. 4. & 5.* *ex d. 32. c. g. 10.*

 cui

XXXVIII. *De manuscriptis defunctorum.*

moderatur const. p. 3. cap. 5. n. 12. 13. & 16. *ex d. 1. sess. 6. c. g. 14.*

1. SVperiores de manuscriptis defunctorum nequaquam ad libitum disponere valeant, sed ea statim debita fidelitate in publica domus bibliotheca reponant, vbi eadem cum cæteris libris custodita reseruentur; neque de illis liceat cuicumque disponere, nisi de licentia in scriptis P. Generalis, ex voto suorum Assistentium.

XXXIX. *Quæ agenda sint cum religiosis incorrigibilibus.*

declarat, & restringit ad mentem dec. apostolici.

1. AD maiorem claritatem, &, quatenus opus sit, addendo ad ea, quæ sunt in constitutionibus p. 2. cap. 15. nu. 3. de dimissione incorrigibilium; statuimus, vt vbi dicitur, quod fiant capitulares monitiones ratione cuiuscumque vitij, aut criminis &c. addendum est, grauis, & vergentis, in detrimentum communitatis; & ita intelligendus, & explicandus est dictus locus constitutionis. Monitiones, seu correctiones iuridicas præcedere debent aliquæ correctiones fraternæ, vt præscribitur in constitutionibus, loco citato num. 4. & ad tres omnes correctiones iuridicas præcedere debent conditiones omnes, quæ requiruntur ad primam, vt ibidem num. 5.

ex d. 10. c. g. 7.

2. Si monitio, siue correctio fieri debeat alicui assignato domui residentiæ P. Prouincialis; tunc Prouincialis ipse capitulum conuocet, & vt Præpositus domus se gerat, & si capitulum pro duabus partibus determinauerit monitionem esse faciendam, tunc expectetur confirmatio consultationis generalis, quæ confirmatio in prouincijs valdè remotis non erit necessaria, sed sufficit si idem Prouincialis, seu qui stat loco eius, cum sua consultatione decretum capituli confirmet, etiam si consultatio prouincialis fuerit de corpore capituli, vel totum, aut quasi totum capitulum.

ex d. 11. c. g. 8.

3. Si verò sit facienda religioso assignato domui residentiæ P. Generalis tunc determinatio fiat pariter à capitulo domus, siue interueniat, siue non ipse P. Generalis, quæ deinde confirmabitur ab ipso P. Generali de voto suorum Assistentium; etiamsi isti fuerint de corpore, vel totum, aut quasi totum

cor-

corpus capituli: & hoc toties, quoties aliqua, ex tribus monitionibus, facienda est.

4. Si demum his omnibus peractis, & per annum in ergastulo ad continuatē pœnitentiam agendam, vt constitutio loco citato num. 6. disponit, non resipuerit, expulsionis sententia à P. Generali feratur, de voto, & consensu sex patrum eligendorum in capitulis generalibus, iuxta decretum congregationis concilij de apostatis, & eiectis, iussu Vrbani VIII. editum die 27. Septembris 1624.

XL. *De apostatis, fugitiuis, & ad aliam Religionem transeuntibus.*

1. FVgitiui, vel apostatæ, aut transeuntes ad aliam Religionem, sine legitima licentia; iuxta nostras leges, easdem pœnas incurrant, quas constitutio par 4. cap. 14. num. 14. præscribit contra transeuntes etiam cum licentia ad aliam Religionem, & postea ad nostram redeuntes: quod verificatur, etiamsi habitum alterius Religionis, ad quam migrarunt, non assumpserint, siue induerint; & intelligantur incurrere cum ijsdem clausulis, & conditionibus. Illi autem, qui nondum suffragij ius habebant, ad illud consequendum efficiantur inhabiles, & præterea alijs pœnis, Superiorum arbitrio, plectendi erunt. taxatio pœnarum. *ex d. 30. c. g. 10.*

2. Quando autem ipsis fugitiuis illa monitio facienda erit, quæ ibidem num. 14. à constitutionibus descripta est, non apponantur illa verba; ***aut ad aliam Religionem tuæ saluti idoneam, necnon tibi concessam, secundum nostræ congregationis instituta, ingrediaris.*** ablatio aliquorū verborum.

XLI. *De licentia transeundi ex nostra ad aliam Religionem, vel in nostra à statu laicali ad clericalem.*

1. LIcentia, seu consensus ad aliam quamcumque Religionem non à solo P. Generali, & multo minus à Prouinciali, aut à consultatione, siue capitulo prouinciali, sed à sola consultatione generali, & non nisi sub reseruatione beneplaciti addit const. p. 2. cap. 15. num. 1. *ex dec. 9. c. g. 13.*

san-

Sanctissimi, seu sacræ congregationis Eminentissimorum DD. Cardinalium negotijs regularium præpositæ, concedatur.

iuxta const. p.2.c.3.n.5. additio pœnarum, vt in p.4.c.14. n. 15.

2. Consensus verò pro transitu alicuius ex nostris à statu laicali ad statum clericalem, soli capitulo generali sit reseruatus; & à quocumque alio præstitus, sit nullius roboris, & effectus. Et præterea, si P. Generalis contrauenerit per annum, siue vltra, ad arbitrium Eminentissimi Cardinalis pro tempore Protectoris, si aderit, siue consultationis generalis, si non aderit Protector, sit suspensus. Cæteri vero inferiores voce actiua, & passiua ad decennium à consultatione generali priuentur.

XLII. *De pœnis contra quosdam delinquentes.*

addit ſpœnas, constit. par.4.c. 15. num. 10. & ad mentem const. par.4. cap. 20.n.4: & c.27.n.4. & par.3.c.4 num.4. *ex dec.* 30. *c.* g.10. *ex dec.* 6.*c.* g. 11.

1. HAbeat nostrum capitulum generale, item consultatio generalis potestatem damnandi delinquentes ad triremes, quando adeo atrocia, & enormia delicta tantam seueritatem meritò postularent. Possit etiam consultatio generalis, vel in pœnam, si delicta ita exposcent, vel ad euitanda scandala, aliaque mala, quæ Religioni, aut nostris domibus imminerent, religiosos ab vna ad aliam domum, siue prouinciam, transferre. Hoc idem possit consultatio proinincialis intra suam prouinciam. Præterea contra schismaticos, schisma contra pacem Religionis tentantes, per se, vel per alios, pœnam statuimus, non solum priuationis officiorum, vt in const. par.4 cap.15.nu.10. Sed vlterius priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, ac etiam detentionis in carcere ad sex menses.

conformatur const.p. 1.c.20.n.10. restringit potestatem Superiorū par.4.c. 23. num.5. *ex dec.* 26. *c.* g.7. *ex dec.* 18. *c.* g.7.

2. Item tamquam lex nostra specialis admittitur (vt olim in capitulo generali VII.) decretum Clementis VIII. confirmatum ab Vrbano VIII. contra accedentes ad Vrbem sine licentia P. Generalis, declarando, *nomine Superioris*, quoad alias pœnas infligendas, in dicto decreto non specificatas; intelligi P. Generalem cum sua consultatione generali. Superior localis non posſit in pœnam suspendere à studijs aliquem ex nostris studentibus vltra dies tres: ad longius verò tempus poterit ex consensu capituli localis, nisi talis pœna à Prouinciali relaxetur, cui statim de tali iniuncta pœnitentia scribere dictum capitulum teneatur, nec possit ipsemet Prouincialis à studijs aliquem suspendere vltra sex dies, ad longius verò tempus, vel ad totalem priuationem accedat suorum Assistentium consensus.

XLIII. *De pœnis Superiorum*.

1. CApita, propter quæ Superior ab officio deponendus est, præter ea, quæ in constitutionibus habentur, quæ sunt crimen hæresis; incontinentia carnis; proprietas contra votum; inobedientia cum scandalo, & contumacia; schisma contra pacem Religionis; capitale crimen secundum iura; reddituum, aut rerum stabilium Religionis dissipatio; si sit valdè remissus in rerum magni ponderis tractatione; si subditos in peccatis insordescere permittat, vt par.4.cap.15.n. 10.infra numeramus. numerat pœnas iuxta p.1.c.4. n.14.& p.3. cap.5.n.11. & 16. ex dec. 4.c. g.11.

2. Volumus sequentia esse, & vt ob quodlibet ipsorum Superior deponi debeat; scilicet si in subditos violentas manus iniecerit; eosque grauiter læserit; si notoria infamia laboret apud sæculares ex vehementibus iuditijs; si pecuniam promissis perpetuo celebrandis distraxerit; si delicta grauia, & enormia, manifesta, atque probata iuxta nostras leges castigare neglexerit; si contra quartum votum de non ambiendo egisse legitimè fuerit probatum; si contumaciter recuset acceptare ordinationes consultationis generalis, vel prouincialis, aut Visitatorum; si decreta capituli generalis, prouincialis, localis, vel consultationis generalis, aut prouincialis in re graui sua negligentia, vel malitia cum graui damno Religionis executioni mandata non fuerint; item si pecuniam non eo modo administrari curauerit, qui in constitutionibus præscribitur. Quare omnibus superioribus districtè præcipimus, vt omnem pecuniam iuxta formam constitutionum administrari faciant; & Visitatoribus imponimus sub pœna etiam depositionis, vt strictè has rationes à domibus, quas visitauerint percipiant. Item & Prouincialis deponendus erit, si neglexerit reddituum, ac alterius cuiuscumque introitus, & expensarum cuiusuis domus rationes ab ipsis Visitatoribus petere, nisi aliter ob vrgentissimam causam visum fuerit consultationi generali, vel prouinciali, quæ quidem in tali casu consulendæ sunt. iuxta const. p.1.cap.4.n. 14.& par.3. cap.5.num. 11.& 16. ex dec. 7.c. g.11.

3. Prohibemus item, ne nostri ad elemosynas petendas extra vrbē, aut extra locū in quo domiciliū habemus singuli mittantur, sed bini mittēdi sunt, præcipuè si foris opus sit pernoctare; simplices verò clerici ad hoc munus, nec vt principales, nec vt socij vllo modo mittantur; & qui Superior aliter fecerit, aut fieri permiserit, suo officio priuandus erit, siue sit Superior localis, siue Prouincialis ipse. const.par.1. c.20. nu. 4. & par.3.c.5 num. 5. ex dec. 4.c. g.11.

XLIV. *De assignatione, & hospitio religiosorum.*

explicat, & addit const. p.3.c.4.n.3. 4. & 5. ex dec. 13. c.g.10.

1. QVotiescumque P. Generalis, aut Prouincialis transfert aliquem ex nostris in aliquam domum, non tamen illum ibi assignando; talis religiosus elapso mense à die aduentus in eam domum, ipso facto ibi assignatus ex vi præsentis decreti intelligatur; nisi P. Generali, aut Prouinciali de Assistentium voto videatur hospitium protrahere. Obstant tamen huiusmodi assignationi officia, quæ in capitulis generali, & prouinciali conferri solent, vel etiam Vicepræpositi, & vicarij, aut Superioris electi (non tamen hoc intelligatur de substitutis Visitatorum, seu Procuratorum, nisi in locum suorum principalium succedant) ex vi quorum semper in sua prouincia, vel domo religiosus assignatus persistit, etiamsi in aliena commoretur vltra mensem.

limitat auctoritatem Generalis, & Prouincialis p.3.c.4.n.4. & p.4.c.19. n.9. & c.26.n.4. explicat, & addit const. p.3. cap. 4. n.3.4. & 5.

2. Non possint tamen huiusmodi religiosi officiales à sua prouincia, vel domo amoueri, nisi ad breue tempus, vt ob graue, vel vrgens negocium, consensu, & voto consultationis generalis, vel prouincialis.

3. Præterea qui existens in vna domo à P. Generali, vel Prouinciali destinatur, aut assignatur ad aliam, non amittit ius assignati in illa domo priori, donec realiter, & cum effectu ab ea discedat: nisi idem P. Generalis, aut Prouincialis de Assistentium voto aliter disponat.

XLV. *De abstinentia feriæ sextæ.*

explicat, & ampliat cōstit. par.1.c. 15.num.2. ex dec.6. c. g.10. ex dec.4. c. g.8.

1. CVm in aliquibus sextis ferijs, ex vi constitutionum nō ieiunetur, addimus illis sextam feriā in quam incidit vigilia Ephiphanię, declarātes tamen in ijs omnibus esse omnino ab ouis, & lacticinijs abstinendum, Cum verò ieiunatur, ientaculum, ex antiquo vsu nostræ Religionis, debet vbique terrarum esse eiusdem rationis, quoad qualitatem, non vero quoad quantitatem ientaculi ieiunij ecclesiastici. Ieiunia autem proximè addita in d.6.c.g.19.non abrogant ieiunium feriæ sextæ.

XLVI. *De cura archiuij.*

restringit, & immutat const.par.4. c.14.num.3.

1. IN quacumque domo archiuista eligatur, qui iuramentum emittat de fideli custodia publicarum scripturarum, & de ijsdem scripturis non extrahendo ab archiuio, sine expressa Superioris

rioris licentia, cui Superiori incumbat librum consignare dicto archiuistæ, in quo omnes scripturarum notitiæ describantur. Dictus archiuista in domo S. Laurentij in Lucina eligatur à P. Generali; in domo S. Mariæ Maioris à consultatione generali; in domo residentiæ prouincialis Hispaniarum à consultatione prouinciali in cæteris domibus à capitulo locali; archiuistæ autem domorum S. Laurentij in Lucina, S. Mariæ Maioris Neapolis, ac Spiritus Sancti Matritensis gaudeant exemptione quotidie à choro vna vice, arbitrio Generalis, vel Prouincialis designanda. dispensat const. par. 1. c. 9. nu. 7. & cap. 24. n. 6.

XLVII. *De modo gerendi barbam.*

1. AD hoc vt certam vniformitatem nostri religiosi in modo gerendi barbam obseruent, visum fuit aliquam definitam mensuram, quoad eius fieri poterit, taxare. Proinde cum tali mediocritate demittantur pili, vt longitudo eorum ab extrema, & infima parte menti, ad vnius tantum digiti latitudinem protendatur. In genis autem nullo modo quisquam pilos radat, nec ita decurtatos gerat, vt pœne rasi appareant. declarat constit. par. 1. c. 14. num. 17. *ex dec. 5. c. g. 10.*

XLVIII. *De gratiis, & priuilegiis non impetrandis.*

1. ID quod dicitur in constitutionibus par. 1 cap. 24. nu. 2. nulli nostrum licere gratiam, vel priuilegium, quamuis ad bonum Religionis attineat, Romæ impetrare, inscia, vel inuita generali consultatione, sub graui pœna in contrafacientes; ex vi præsentis decreti dicta prohibitio, & pœna extenditur ad procurantes gratiam, seu priuilegium pro se, vel pro particulari aliquo religioso; idque non solum si Romę procuretur, sed vbique, & à quocumque. Nec quisquam, sub eadem pœna, possit gratiam, vel priuilegium, siue quodcumque aliud officium, aut munus (nisi concionandi extra Religionem) vel à se, vel ab alio ipsi procuratum acceptare, nisi dicta consultatio, requisita, siue admonita, consentiat. declarat, & extendit. *ex dec. 5. c. g. 13.*

XLIX. De *habitu externo, & cingulo coriaceo.*

1. VT, quoad fieri possit, omnes nostri vbique vniformes appareant, quoad habitum, & vestes exteriores, abrogato iam quod dicitur in const. par. 1. cap. 14. num. 10. de exponit constit. par. 1. q. c. 14. nu. 10. & seqq.

panno saxanensi ex decreto 2. c.g.11. nunc præcipitur, sicut in dicto decreto præceptum est, vt omnes nostri religiosi consimili vbique indumenti genere vtantur, pro pallio, & veste, tam scilicet in Hispania, quam in Italia, in Hispania vtantur quidem panno vili nuncupato, *stamigna de Toledo*, aut *de Palentia*; In Italia verò panno vili nuncupato, *saietta da Gubbio*, *ò di Perugia*; vel alio quoad vilitatem consimili, non vero, saia mediolanensi, aut alio cuiuscumque alterius generis in vilitate, & pretio à præscripto dissimili. Pro domestica verò toga, in Hispania quidem panno vtantur nuncupato, *de Saiale*, quo hucusque vsi sunt, & non alio. In Italia verò eo panno vili, & crasso appellato vulgariter, *da Gubbio*, vel alio simili. Et hanc togam debent omnes fibula subligatam gestare; hunc enim sensum reddunt verba illa in dicto capite const. n. 12. scilicet, fibula in collari subliganda, & non quod possit subligari.

ex d. 2. c. g. 8. & ex d. 2. c.g. 11. 2. Et ad eamdem vniformitatem seruandam vtantur nostri cingulo coriaceo ad mensuram in latitudine vnius digiti, non amplius, quo tunicam, siue etiam togam coaptemus, qui non nodulo, sed paruis fibulis ligetur, neque ab aliqua eius parte dependens gestetur.

iniungit quod const. præcipit p. 1. c.24 n.5. 3. Non solum P. Generalis, & Prouincialis, sed Superiores omnes omnimoda vigilantia, & diligentia curent, quod omnes nostræ regulæ hic, & in alijs decretis, & constitutionibus præscriptæ exactissimè obseruentur.

L. *Circa confessiones, & colloquutiones cum mulieribus reclusis.*

extensio. 1. EAdem prohibitio, quæ in constitutionibus p. 1. cap. 28. num. 5. facta est, ne nostri monialium confessiones audiant, aut cum ijs colloquantur, sine certis licentijs ibi præscriptis; extenditur etiam sub ijsdem pœnis ad confessiones, & colloquutiones quarumcumque mulierum in collegijs, seu conseruatorijs, aut quibusuis congregationibus inclusarum, etsi moniales professæ non sint. *ex d.35. c. g. 10.*

LI. De

LI. *De negotiis sæcularium non suscipiendis, ac de sęcularium receptione, siue cohabitatione in nostris domibus.*

1. NOn permittatur nostris religiosis, in se suscipere peragenda negotia secularia, etiam si ipsos à regularibus obseruantijs non impediant, sine expressa licentia P. Generalis, aut Prouincialis, qui eam valeat tantummodo concedere ad duos menses, pro longiori autem tempore requiratur licentia P. Generalis cum sua consultatione, aut Prouincialis cum sua pariter consultatione. iuxta const. p. 1. cap. 11. n. 6. & cap. 16. n. 5. *ex d. 2. sess. 3. c. g. 15.*

2. Ad protrahendum hospitium sæcularibus in nostris domibus, præter id, quod exigit constitutio par. 1. cap. 16. num. 7. requiratur licentia P. Generalis cum sua consultatione, vel Prouincialis cum sua pariter consultatione. Ac etiam ad cohabitationem, & conuictum sæcularium nobiscum, omnino requiratur consensus consultationis prouincialis, vel etiam consultationis generalis; adeo vt nec etiam P. Generalis se solo id concedere vllo modo possit. restringit constitutionem. *ex d. 7. c. g. 7.*

LII. *Circa potestatem donandi.*

1. OBseruetur constitutio felicis recordationis Clementis VIII. qua præcipitur, ac disponitur vt facultatem elargiendi res graues, & alicuius momenti, quam capitulis generalibus dicta Clementis constitutio concedit; eam nunc patres transferunt, vt de facto vnanimi consensu in præcedentibus nostris capitulis transtulerunt ad consultationem generalem, ad quam etiam transferunt facultatem concedendi licentiam religiosis, easdem res graues donandi. Et insuper ad Præpositum Generalem facultatem conferunt, vt se solo possit res leues dare, & subditis licentiam easdem res leues elargiendi concedere. Et tandem eādem facultatē transferūt ad consultationes prouinciales, & Prępositos Prouinciales cuiuscūque regionis longinquæ. Præcipitur tamen consultationibus prouincialibus, ac etiam generali consultationi, ne indefinitè transferant huiusmodi facultatem donandi, vt supra in P. Generalem, aut Prouincialem. Nullo tamen modo intendunt patres per hoc decretum deroga- restringit const. p. 1. cap. 4. nu. 6 & p. 3. c. 5. n. 16. par. 4. cap. 18. n. 5.

re

cui nostro sacerdoti dederit facultatem, vt pro certo loco ad audiendas confessiones exponatur, is non possit in alia diœcesi, in qua ad has non fuerat expositus, sine noua Prouincialis licentia, hoc munus assumere, & exercere.

restringit const. p. 1. c. 28. n. 5. 2. Sacerdotes verò iuniores, idest ante trigesimum ætatis annum expletum non exponantur ad confessiones mulierum audiendas, nisi Generali, aut Prouinciali de Assistentium voto graui de causa hoc tempus abbreuiandum videatur.

declarat const. 3. Subeant autem nostri confessarij residentiæ onus in Ecclesijs nostris ad secularium confessiones audiendas ex constitutionum lege præscriptum p. 1. cap. 28. num. 8. hac ratione, vt semper circulus à sacerdote confessario antiquitate posteriori inchoetur (exceptis, quos constitutiones excipiunt) sit etiam immunis à confessionis circulo per dies hebdomadæ, qui actu conciones habebit; & circulus spatio vnius hebdomadæ claudatur: adeò vt singuli in singulos dies ad hoc onus deputandi erunt septem, aut sex, solummodò confessarij antiquitate posteriores in eo circulo comprehendantur, cæteri verò antiquiores minimè; & eodem modo si duo, vel tres in singulos dies prædictæ residentiæ destinentur, semper ab vltimis inchoetur, donec vnius hebdomadæ circulus compleatur; & si confessarij tot non fuerint, quot sunt vnius hebdomadæ dies, ita vt necessè sit pluries hoc onus aliquos in hebdomada subire, repetitio semper incipiat ab vltimis.

ex d. 10. c. 8. 9.

ex d. 33. c. 8. 10.

adhæret cit. const. n. 7. 4. Diutini, & crebri sermones in ecclesia cum mulieribus, etiam ab ipsis mulierum confessarijs vitentur, nec intra, nec extra confessionarium habeantur.

ex d. 5. c. 8. 11.

determinat cóformiter ad const. 5. Vt autem ipsis confessarijs secularium confessiones audiendi expeditior facultas relinquatur, vltimas missas maximè diebus festis, celebrent ij sacerdotes, qui confessarij non sunt.

ex d. 10. c. 8. 8.



De

XXXVI. *De recitatione diuini officii à nostris clericis, & de eorundem oneribus.*

1. NOstra Religio nullo modo intendit obligare nostros clericos professos, sacris ordinibus nec dum initiatos, ad diuinum officium recitandum, neque ratione professionis, nec etiam consuetudinis, quam nunquam admittere intendit, neque nunc admittit; atque præsenti decreto declarat, ac determinat, dictos nostros clericos, nec dum sacris ordinibus initiatos, ad id onus soluendum non teneri. explicat const. p. 1. cap. 9. n. 7. *ex d. 16. c. g. 7.*

2. Vbi in aliqua nostra domo contingat sex simplices clericos non esse, qui clericalia onera subeant, Prouincialis arbitrio deputentur ad hæc onera sacerdotes secundi gradus (dummodò decisiui nón sint) vsque ad hunc numerum sexenarium, ex ijs tamen qui antiquitate posteriores erunt: dummodò actualiter concionatores, aut lectores non sint: isti autem, etsi sacerdotes non sint, ad id onus, vt alij clerici, non deputentur. derogat const. p. 2. cap. 18. n. 2. *ex d. 9. c. g. 9.*

XXXVII. *De suffragijs pro nostris defunctis.*

1. VT circa nostros defunctos abundent magis suffragia charitatis, non solum in ea domo, in qua quis ex nostris moritur, siue ea (dum iter agendo moritur) pro cuius vtilitate, seu cui assignatus eo tempore erat, prout in const. p. 1. cap. 19 num. 12. Sed etiam in omnibus eiusdem prouinciæ domibus, omnes, & singuli nostri sacerdotes pro anima defuncti sexies missam celebrent: similiter clerici sexies officium defunctorum integrum, & laici B. Virginis coronam debeant recitare sexies. *ex d. 31. c. g. 10.*

2. Pro defunctis verò in prouincia romana, & vtriusque Siciliæ præter suffragia, quæ præstantur in singulis domibus eius prouinciæ, in qua quis moritur, pro quolibet defuncto in singulis domibus alterius prouinciæ dicatur vna missa solemnis. Et pro Assistente generali vita functo, & alijs patribus eiusdem gubernationis præter suffragia iam præscripta, in omnibus prouincijs vniuersæ Religionis, singuli sacerdotes missam vnam celebrent, singuli clerici integrum officium defunctorum, & laici B. Virginis coronam semel recitent. ampliat const. p. 1. cap. 19. n. 11. 12. & 13. *ex d. 15. c. g. 13.* *ex d. 12. c. g. 8.*

De

XXXVIII. De *manuscriptis defunctorum.*

moderatur const. p. 3. cap. 5. n. 12. 13. & 16. *ex d. 1. sess. 6. c. g.* 14.

1. SVperiores de manuscriptis defunctorum nequaquam ad libitum disponere valeant, sed ea statim debita fidelitate in publica domus bibliotheca reponant, vbi eadem cum cæteris libris custodita reseruentur; neque de illis liceat cuicumque disponere, nisi de licentia in scriptis P. Generalis, ex voto suorum Assistentium.

XXXIX. *Quæ agenda sint cum religiosis incorrigibilibus.*

declarat, & restringit ad mentem dec. apostolici.

ex d. 10. *c. g.* 7.

1. AD maiorem claritatem, &, quatenus opus sit, addendo ad ea, quæ sunt in constitutionibus p. 2. cap. 15. nu. 3. de dimissione incorrigibilium; statuimus, vt vbi dicitur, quod fiant capitulares monitiones ratione cuiuscumque vitij, aut criminis &c. addendum est, grauis, & vergentis, in detrimentum communitatis; & ita intelligendus, & explicandus est dictus locus constitutionis. Monitiones, seu correctiones iuridicas præcedere debent aliquæ correctiones fraternæ, vt præscribitur in constitutionibus, loco citato num. 4. & ad tres omnes correctiones iuridicas præcedere debent conditiones omnes, quæ requiruntur ad primam, vt ibidem num. 5.

ex d. 11. *c. g.* 8.

2. Si monitio, siue correctio fieri debeat alicui assignato domui residentiæ P. Prouincialis; tunc Prouincialis ipse capitulum conuocet, & vt Præpositus domus se gerat, & si capitulum pro duabus partibus determinauerit monitionem esse faciendam, tunc expectetur confirmatio consultationis generalis, quæ confirmatio in prouincijs valdè remotis non erit necessaria, sed sufficit si idem Prouincialis, seu qui stat loco eius, cum sua consultatione decretum capituli confirmet, etiam si consultatio prouincialis fuerit de corpore capituli, vel totum, aut quasi totum capitulum.

3. Si verò sit facienda religioso assignato domui residentiæ P. Generalis tunc determinatio fiat pariter à capitulo domus, siue interueniat, siue non ipse P. Generalis, quæ deinde confirmabitur ab ipso P. Generali de voto suorum Assistentium; etiamsi isti fuerint de corpore, vel totum, aut quasi totum

cor-

corpus capituli; & hoc toties, quoties aliqua, ex tribus monitionibus, facienda est.

4. Si demum his omnibus peractis, & per annum in ergastulo ad continuatè pœnitentiam agendam, vt constitutio loco citato num. 6. disponit, non resipuerit, expulsionis sententia à P. Generali feratur, de voto, & consensu sex patrum eligendorum in capitulis generalibus, iuxta decretum congregationis concilij de apostatis, & eiectis, iussu Vrbani VIII. editum die 27. Septembris 1624.

XL. *De apostatis, fugitiuis, & ad aliam Religionem transeuntibus.*

1. FVgitiui, vel apostatæ, aut transeuntes ad aliam Religionem, sine legitima licentia; iuxta nostras leges, easdem pœnas incurrant, quas constitutio par. 4. cap. 14. num. 14. præscribit contra transeuntes etiam cum licentia ad aliam Religionem, & postea ad nostram redeuntes: quod verificatur, etiamsi habitum alterius Religionis, ad quam migrarunt, non assumpserint, siue induerint; & intelligantur incurrere cum ijsdem clausulis, & conditionibus. Illi autem, qui nondum suffragij ius habebant, ad illud consequendum efficiantur inhabiles, & præterea alijs pœnis, Superiorum arbitrio, plectendi erunt. taxatio pœnarum. *ex d. 30. c. g. 10.*

2. Quando autem ipsis fugitiuis illa monitio facienda erit, quæ ibidem num. 14. à constitutionibus descripta est, non apponantur illa verba; *aut ad aliam Religionem tuæ saluti idoneam, necnon tibi concessam, secundum nostræ congregationis instituta, ingrediaris.* ablatio aliquorũ verborum.

XLI. *De licentia transeundi ex nostra ad aliam Religionem, vel in nostra à statu laicali ad clericalem.*

1. LIcentia, seu consensus ad aliam quamcumque Religionem non à solo P. Generali, & multo minus à Prouinciali, aut à consultatione, siue capitulo prouinciali, sed à sola consultatione generali, & non nisi sub reseruatione beneplaciti addit const. p. 2. cap. 15. num. 1. *ex dec. 9. c. g. 13.*

san-

Sanctissimi, seu sacræ congregationis Eminentissimorum DD. Cardinalium negotijs regularium præpositæ, concedatur.

iuxta const. p.2.c.3.n.5. additio pœnarum, vt in p.4.c.14. n. 15.

2. Consensus verò pro transitu alicuius ex nostris à statu laicali ad statum clericalem, soli capitulo generali sit reseruatus; & à quocumque alio præstitus, sit nullius roboris, & effectus. Et præterea, si P. Generalis contrauenerit per annum, siue vltra, ad arbitrium Eminentissimi Cardinalis pro tempore Protectoris, si aderit, siue consultationis generalis, si non aderit Protector, sit suspensus. Cæteri vero inferiores voce actiua, & passiua ad decennium à consultatione generali priuentur.

XLII. *De pœnis contra quosdam delinquentes.*

addit pœnas, constit. par.4.c. 15. num. 10. & ad mentem const.par.4. cap. 20.n.4: & c.27.n.4. & par.3.c.4 num.4. *ex dec.* 30. *c.* g.10. *ex dec.* 6.*c.* g. 11.

1. HAbeat nostrum capitulum generale, item consultatio generalis potestatem damnandi delinquentes ad triremes, quando adeo atrocia, & enormia delicta tantam seueritatem meritò postularent. Possit etiam consultatio generalis, vel in pœnam, si delicta ita exposcent, vel ad euitanda scandala, aliaque mala, quæ Religioni, aut nostris domibus imminerent, religiosos ab vna ad aliam domum, siue prouinciam, transferre. Hoc idem possit consultatio prouincialis intra suam prouinciam. Præterea contra schismaticos, schisma contra pacem Religionis tentantes, per se, vel per alios, pœnam statuimus, non solum priuationis officiorum, vt in const.par.4 cap.15.nu.10. Sed vlterius priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, ac etiam detentionis in carcere ad sex menses.

conformatur const.p. 1.c.20.n.10. restringit potestatem Superiorũ par.4.c. 23. num.5. *ex dec.* 26. *c.* g 7. *ex dec.* 18. *c.* g.7.

2. Item tamquam lex nostra specialis admittitur (vt olim in capitulo generali VII.) decretum Clementis VIII. confirmatum ab Vrbano VIII. contra accedentes ad Vrbem sine licentia P. Generalis, declarando, *nomine Superioris*, quoad alias pœnas infligendas, in dicto decreto non specificatas; intelligi P. Generalem cum sua consultatione generali. Superior localis non possit in pœnam suspendere à studijs aliquem ex nostris studentibus vltra dies tres: ad longius verò tempus poterit ex consensu capituli localis, nisi talis pœna à Prouinciali relaxetur, cui statim de tali iniuncta pœnitentia scribere dictum capitulum teneatur, nec possit ipsemet Prouincialis à studijs aliquem suspendere vltra sex dies, ad longius verò tempus, vel ad totalem priuationem accedat suorum Assistentium consensus.

XLIII. *De*

XLIII. De pœnis Superiorum.

1. CApita, propter quæ Superior ab officio deponendus est, præter ea, quæ in constitutionibus habentur, quæ sunt crimen hæresis; incontinentia carnis; proprietas contra votum; inobedientia cum scandalo, & contumacia; schisma contra pacem Religionis; capitale crimen secundum iura; redditu um, aut rerum stabilium Religionis dissipatio; si sit valdè remissus in rerum magni ponderis tractatione; si subditos in peccatis insordescere permittat, vt par.4.cap.15.n.10.infra numeramus. numerat pœnas iuxta p.1.c.4. n°14.& p.3. cap.5.n.11. & 16. ex dec. 4.c. g.11.

2. Volumus sequentia esse, & vt ob quodlibet ipsorum Superior deponi debeat; scilicet si in subditos violentas manus iniecerit, eosque grauiter læserit; si notoria infamia laboret apud sæculares ex vehementibus iuditijs; si pecuniam promissis perpetuo celebrandis distraxerit; si delicta grauia, & enormia, manifesta, atque probata iuxta nostras leges castigare neglexerit; si contra quartum votum de non ambiendo egisse legitimè fuerit probatum; si contumaciter recuset acceptare ordinationes consultationis generalis, vel prouiucialis, aut Visitatorum; si decreta capituli generalis, prouincialis, localis, vel consultationis generalis, aut prouincialis in re graui sua negligentia, vel malitia cum graui damno Religionis executioni mandata non fuerint; item si pecuniam non eo modo administrari curauerit, qui in constitutionibus præscribitur. Quare omnibus superioribus districtè præcipimus, vt omnem pecuniam iuxta formam constitutionum administrari faciant; & Visitatoribus imponimus sub pœna etiam depositionis, vt strictè has rationes à domibus, quas visitauerint percipiant. Item & Prouincialis deponendus erit, si neglixerit reddituum, ac alterius cuiuscumque introitus, & expensarum cuiusuis domus rationes ab ipsis Visitatoribus petere, nisi aliter ob vrgentissimam causam visum fuerit consultationi generali, vel pronunciali, quæ quidem in tali casu consulendæ sunt. iuxta const. p.1.cap.4.n. 14.& par.3. cap.5. num. 11. & 16. ex dec. 7.c. g.11.

3. Prohibemus item, ne nostri ad elemosynas petendas extra vrbẽ, aut extra locũ in quo domiciliũ habemus singuli mittantur, sed bini mittẽdi sunt, præcipuè si foris opus sit pernoctare; simplices verò clerici ad hoc munus, nec vt principales, nec vt socij vllo modo mittantur; & qui Superior aliter fecerit, aut fieri permiserit, suo officio priuandus erit, siue sit Superior localis, siue Prouincialis ipse. const.par.1. c.20. nu.4. & par.3.c.5 num. 5. ex dec. 4.c. g.11.

XLIV. *De assignatione, & hospitio religiosorum.*

explicat, & addit const. p.3.c.4.n.3. 4. & 5. ex dec. 13. c.g.10.

1. QVotiescumque P. Generalis, aut Prouincialis transfert aliquem ex nostris in aliquam domum, non tamen illum ibi assignando; talis religiosus elapso mense à die aduentus in eam domum, ipso facto ibi assignatus ex vi præsentis decreti intelligatur; nisi P. Generali, aut Prouinciali de Assistentium voto videatur hospitium protrahere. Obstant tamen huiusmodi assignationi officia, quæ in capitulis generali, & prouinciali conferri solent, vel etiam Vicepræpositi, & vicarij, aut Superiori s electi (non tamen hoc intelligatur de substitutis Visitatorum, seu Procuratorum, nisi in locum suorum principalium succedant) ex vi quorum semper in sua prouincia, vel domo religiosus assignatus persistit, etiamsi in aliena commoretur vltra mensem.

limitat auctoritatem Generalis, & Prouincialis p.3.c. 4.n. 4. & p. 4.c.19. n.9. & c.26.n.4. explicat, & addit const. p.3. cap. 4. n.3.4. & 5.

2. Non possint tamen huiusmodi religiosi officiales à sua prouincia, vel domo amoueri, nisi ad breue tempus, vt ob graue, vel vrgens negocium, consensu, & voto consultationis generalis, vel prouincialis.

3. Præterea qui existens in vna domo à P. Generali, vel Prouinciali destinatur, aut assignatur ad aliam, non amittit ius assignati in illa domo priori, donec realiter, & cum effectu ab ea discedat: nisi idem P. Generalis, aut Prouincialis de Assistentium voto aliter disponat.

XLV. *De abstinentia feriæ sextæ.*

explicat, & ampliat cōstit. par.1.c. 15. num.2. ex dec.6. c. g.10. ex dec.4. c. g.8.

1. CVm in aliquibus sextis ferijs, ex vi constitutionum nō ieiunetur, addimus illis sextam feriā in quam incidit vigilia Ephiphaniæ, declarātes tamen in ijs omnibus esse omnino ab ouis, & lacticinijs abstinendum, Cum verò ieiunatur, ientaculum, ex antiquo vsu nostræ Religionis, debet vbique terrarum esse eiusdem rationis, quoad qualitatem, non vero quoad quantitatem ientaculi ieiunij ecclesiastici. Ieiunia autem proximè addita in d.6.c.g.19. non abrogant ieiunium feriæ sextæ.

XLVI. *De cura archiuij.*

restringit, & immutat const. par.4. c.14. num.5.

1. IN quacumque domo archiuista eligatur, qui iuramentum emittat de fideli custodia publicarum scripturarum, & de ijsdem scripturis non extrahendo ab archiuio, sine expressa Superioris

rioris licentia, cui Superiori incumbat librum consignare dicto archiuistæ, in quo omnes scripturarum notitiæ describantur. Dictus archiuista in domo S. Laurentij in Lucina eligatur à P. Generali; in domo S. Mariæ Maioris à consultatione generali; in domo residentiæ prouincialis Hispaniarum à consultatione prouinciali in cæteris domibus à capitulo locali; archiuistæ autem domorum S. Laurentij in Lucina, S. Mariæ Maioris Neapolis, ac Spiritus Sancti Matritensis gaudeant exemptione quotidie à choro vna vice, arbitrio Generalis, vel Prouincialis designanda. dispensat const. par. 1. c. 9. nu. 7. & cap. 14. n. 6.

XLVII. *De modo gerendi barbam.*

1. AD hoc vt certam vniformitatem nostri religiosi in modo gerendi barbam obseruent, visum fuit aliquam definitam mensuram, quoad eius fieri poterit, taxare. Proinde cum tali mediocritate demittantur pili, vt longitudo eorum ab extrema, & infima parte menti, ad vnius tantum digiti latitudinem protendatur. In genis autem nullo modo quisquam pilos radat, nec ita decurtatos gerat, vt pœne rasi appareant. declarat cōstit. par. 1. c. 14. num. 17. *ex dec. 5. c. g. 10.*

XLVIII. *De gratiis, & priuilegiis non impetrandis.*

1. ID quod dicitur in constitutionibus par. 1 cap. 24. nu. 2. nulli nostrum licere gratiam, vel priuilegium, quamuis ad bonum Religionis attineat, Romæ impetrare, inscia, vel inuita generali consultatione, sub graui pœna in contrafacientes; ex vi præsentis decreti dicta prohibitio, & pœna extenditur ad procurantes gratiam, seu priuilegium pro se, vel pro particulari aliquo religioso; idque non solum si Romę procuretur, sed vbique, & à quocumque. Nec quisquam, sub eadem pœna, possit gratiam, vel priuilegium, siue quodcumque aliud officium, aut munus (nisi concionandi extra Religionem) vel à se, vel ab alio ipsi procuratum acceptare, nisi dicta consultatio, requisita, siue admonita, consentiat. declarat, & extendit. *ex dec. 5. c. g. 12.*

XLIX. De *habitu externo, & cingulo coriaceo.*

1. VT, quoad fieri possit, omnes nostri vbique vniformes appareant, quoad habitum, & vestes exteriores, abrogato iam quod dicitur in const. par. 1. cap. 14. num. 10. de exponit cōstit. par. 1. c. c. 14. nu. 10. & seqq.

panno saxanensi ex decreto 2. c.g.11. nunc præcipitur, sicut in dicto decreto præceptum est, vt omnes nostri religiosi consimili vbique indumenti genere vtantur, pro pallio, & veste, tam scilicet in Hispania, quam in Italia, in Hispania vtantur quidem panno vili nuncupato, *stamigna de Toledo*, aut *de Palentia*; In Italia verò panno vili nuncupato, *saietta da Gubbio*, *ò di Perugia*; vel alio quoad vilitatem consimili, non vero, saia mediolanensi, aut alio cuiuscumque alterius generis in vilitate, & pretio à præscripto dissimili. Pro domestica verò toga, in Hispania quidem panno vtantur nuncupato, *de Saiale*, quo hucusque vsi sunt, & non alio. In Italia verò eo panno vili, & crasso appellato vulgariter, *da Gubbio*, vel alio simili. Et hanc togam debent omnes fibula subligatam gestare; hunc enim sensum reddunt verba illa in dicto capite const. n. 12. scilicet, fibula in collari subliganda, & non quod possit subligari.

ex d. 2. c. g. 8. & ex d. 2. c.g. 11.

2. Et ad eamdem vniformitatem seruandam vtantur nostri cingulo coriaceo ad mensuram in latitudine vnius digiti, non amplius, quo tunicam, siue etiam togam coaptemus, qui non nodulo, sed paruis fibulis ligetur, neque ab aliqua eius parte dependens gestetur.

iniungit quod const. præcipit p. 1. c.24 n.5.

3. Non solum P. Generalis, & Prouincialis, sed Superiores omnes omnimoda vigilantia, & diligentia curent, quod omnes nostræ regulæ hic, & in alijs decretis, & constitutionibus præscriptæ exactissimè obseruentur.

L. *Circa confessiones, & colloquutiones cum mulieribus reclusis.*

extensio.

ex d.35. c. g. 10.

1. EAdem prohibitio, quæ in constitutionibus p. 1. cap. 28. num. 5. facta est, ne nostri monialium confessiones audiant, aut cum ijs colloquantur, sine certis licentijs ibi præscriptis; extenditur etiam sub ijsdem pœnis ad confessiones, & colloquutiones quarumcumque mulierum in collegijs, seu conseruatorijs, aut quibusuis congregationibus inclusarum, etsi moniales professæ non sint.

LI. De

LI. *De negotiis sæcularium non suscipiendis, ac de secularium receptione, siue cohabitatione in nostris domibus.*

1. NOn permittatur nostris religiosis, in se suscipere peragenda negotia secularia, etiam si ipsos à regularibus obseruantijs non impediant, sine expressa licentia P. Generalis, aut Prouincialis, qui eam valeat tantummodo concedere ad duos menses, pro longiori autem tempore requiratur licentia P. Generalis cum sua consultatione, aut Prouincialis cum sua pariter consultatione. iuxta const. p. 1. cap. 11. n. 6. & cap. 26. n. 5. *ex d. 2. sess. 3. c. g. 15.*

2. Ad protrahendum hospitium sæcularibus in nostris domibus, præter id, quod exigit constitutio par. 1. cap. 26. num. 7. requiratur licentia P. Generalis cum sua consultatione, vel Prouincialis cum sua pariter consultatione. Ac etiam ad cohabitationem, & conuictum sæcularium nobiscum, omnino requiratur consensus consultationis prouincialis, vel etiam consultationis generalis; adeo vt nec etiam P. Generalis se solo id concedere vllo modo possit. restringit constitutionem. *ex d. 7. c. g. 7.*

LII. *Circa potestatem donandi.*

1. OBseruetur constitutio felicis recordationis Clementis VIII. qua præcipitur, ac disponitur vt facultatem elargiendi res graues, & alicuius momenti, quam capitulis generalibus dicta Clementis constitutio concedit; eam nunc patres transferunt, vt de facto vnanimi consensu in præcedentibus nostris capitulis transtulerunt ad consultationem generalem, ad quam etiam transferunt facultatem concedendi licentiam religiosis, easdem res graues donandi. Et insuper ad Præpositum Generalem facultatem conferunt, vt se solo possit res leues dare, & subditis licentiam easdem res leues elargiendi concedere. Et tandem eādem facultatē transferūt ad consultationes prouinciales, & Præpositos Prouinciales cuiuscuique regionis longinquæ. Præcipitur tamen consultationibus prouincialibus, ac etiam generali consultationi, ne indefinitè transferant huiusmodi facultatem donandi, vt supra in P. Generalem, aut Prouincialem. Nullo tamen modo intendunt patres per hoc decretum deroga- restringit const. p. 1. cap. 4. nu. 6 & p. 3. c. 5. n. 16. par. 4. cap. 18. n. 5.

re

re constitutioni par. 3. cap. 5. quatenus huic potestati donandi hac ratione decretæ, dicta constitutio esset contraria; sed hanc dispositionem superaddunt dispositioni ipsius constitutionis.

limitat auctoritatem Generalis, vt p. 4. c. 18. num. 5. *ex d. 27. c. g. 7.*

2. Sacras reliquias, quæ in nostris ecclesijs asseruantur, alijs dare, vel sibi applicare, siue integras, siue dimidiatas, nemo possit, nec ipsemet Generalis, sine facultate consultationis generalis, & consensu capituli eius domus, in qua sacræ reliquiæ extant, siue asseruantur. Qui secus fecerit, ipso facto, ipsoque iure, latæ sententiæ excommunicationem incurrat, etiam ipsemet P. Generalis. Vt melius autem custodiantur in ea domo, in qua reperiuntur, duabus clauibus diuersis clausæ seruentur, quarum altera penes Superiorem, & penes Sacristam altera maneat.

LIII. *Circa præceptum obedientiæ*:

intelligentia & praxis const. *ex dec. 2. c. g. 10.*

1. QVod in constitutionibus p. 1. cap. 5. num. 8. præscribitur, non posse scilicet Superiorem localem, sine consensu capituli, & Prouincialem, ac Generalem, sine suorum Assistentium voto, præceptum obedientiæ communitati imponere; sic intelligendum est, quod non possint sine prædicto consensu imponere communitati; nec toti, includendo omnes, & singulos religiosos professos alicuius domus; nec maiori parti illorum: de cætero verò possint.

LIV. *De oratione mentali*.

ex d. 3. c. g. 10.

reformatio constit. circa orationẽ p. 1. cap. 8.

1. IN omnibus nostris domibus non solum in nouitiatibus separatis, ac domibus recessus, sed in domibus pariter exercitiorum (exceptis solummodo collegijs) circularis oratio, ex primæuo nostri Ordinis instituto, habeatur, eo modo, & forma, quo ex constitutionibus statutum est fieri debere in ipsis nouitiatibus separatis, & in domibus recessus; ideoque in eisdem domibus exercitiorum oratio communis tam matutina, quam vespertina ad semihoræ spatium statuatur.

ex d. 2. c. g. 9.

2. Et in fine, vt Beatissimam Virginem Mariam, tamquam nostræ Religionis patronam, & aduocatam præcipuam, veneremur, eiusdem Virginis litaniæ simul à nostris recitentur, vno inuocante, cæteris verò respondentibus. Ita quoad mentalem orationem conclusum est in capitulo generali 10. atque vt hoc de-

decretum ex consensu Sedis apostolicæ in ipsismet constitutionibus in capitulo de oratione inseratur.

LV. De ludo nostris religiosis prohibito.

1. NE inter nostros aliqua proprietas, aut turpis scandali occasio vnquam insurgat, prohibemus sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ ad sexennium, ipso facto, incurrendæ, vel suæ professionis loci, ac præcedentiæ, item ad sexennium, si vocis iure careat, & ad sex menses reclusionis intra domum. Si verò sit laicus gestationis decurtatæ vestis, etiam ad sex menses, præter priuationem loci ad sex annos; ne quis nostrum quouis ludi genere, siue licito, siue illicito pecunia ludat, vel aliqua re pretio æstimabili, dummodo non sit minimi pretij. Sub eadem prorsus pœna respectiuè strictissimè prohibemus, ne vnquam quis nostrum tesseris, vel aleis, vt italicè dicitur; *Dadi, e Carte*; ludat siue pecunia, siue ioco tantum luserit, siue cum exteris, siue cum aliquo ex nostris. Eamdemque pœnam statuimus contra scientes tale facinus, & non reuelantes; iure tamen naturæ, ac diuino, quoad correctionem fraternam, seruato. Eamdemque pœnam statuimus pro Superioribus super his non inuigilantibus, & delinquentes non punientibus.

restringit const. p. 1. cap. 4. ex d. 3. c. g. 11. prohibitio ludi concessi c. 14. n. 19.

2. Hoc etiam ius seruandum erit in eos, qui aliquid contra votum, aut iuramentum dignitates non ambiendi gesserint: & qui tale ius non seruauerit, cum seruandum esset, grauiter puniatur. Quoad prohibitionem ludi vulgariter dicti; *gioco sopra il seminario di Genoua*, vide decretum 6. cap. generalis 18. & quod ibi præcipitur de hoc ludo, idem præceptum est de mediolanensi, veneto, & alijs similibus.

iuxta const. p. 1. cap. 6. nu. 4. & 5. ex d. 1. c. g. 9.

LVI. Circa paupertatem.

iniungit Superioribus cust. l. paupert. obser. vt const. p. 1. c. 4. à nu. 1. vsque ad 13. & restringit vt cap. 14. n. 14. & 15. ex d. 1. c. g. 10.

2. NE qua nostris relinquatur à paupertate declinandi occasio, expresè prohibetur omnibus, & singulis, ne confidentias, pensiones, redditus, prouentus, vel quamcumque pecuniam apud se, vel apud alios retineant, & administrent, quocumque titulo, vel causa, sine expressa licentia, & concessione consultationis generalis, aut prouincialis, nisi materia sit parua, paruique momenti, vel pro aliquo breui tempore

in

in quo casu sufficiat licentia Superioris: sicuti etiam sufficiet pro retinenda apud se, vel apud alios pecunia, aut aliquo simile ad suos, vel aliorum vsus applicanda, seu expendenda, siue congruenti tempore restituenda, cum debita Superioris licentia, & qui secus fecerit, vt proprietarius habeatur, ac declaretur, nec vlla excusatio admittatur, sed vt proprietarius grauissimè puniatur.

ex d. 1. c. g. 10. 2. Insuper vt sācta paupertas inuiolabiliter perseueret in nobis, omnibus nostris Superioribus strictissimè præcipitur, vt diligenter inspiciant si vestes interiores, & alia omnia indumenta personalia, ac insuper suppellex, & ornatus cubiculorum, reliquiaria, & alia huiusmodi, talia sint apud nostros, quæ vel materia, vel artificio, & curiositate nostræ paupertatis modum excedant: & si in aliquo excedunt, statim auferant, ac de cætero non permittantur talia fieri, aut introduci. Et si quando dubium oriatur circa excessum talium rerum, stetur arbitrio, ac determinationi consultationis prouincialis, vel generalis. Expresè insuper prohibetur, ne aureæ, & argenteæ reliquiarum, aliarumque rerum sacrarum capsulæ, siue quarumcumque rerum; nec etiam deauratæ, aut deargentatæ ad vsum particularium retineantur.

3. Iniungitur etiam, vt curent Superiores ne magna in cubiculis particularium retineatur librorum quantitas, & vt plutei, & armaria librorum in dictis cubiculis omninò careant ornamentis, & superfluitatibus, potius ad vanitatem, quam vtilitatem necessarijs. Inuigilent specialiter Prouinciales in visitationibus, sicuti & Visitatores, vt omnia quæ ad paupertatem, & modestiam spectant exactissimè obseruentur, iuxta formam in constitutionibus præscriptam par. 1. cap. 4. & iuxta ea, quæ modo præscripsimus; statim auferendo ea, quæ prædictis dissona, aut contraria repererint, vel de ijs consultationi prouinciali, siue generali, aut generali capitulo, si hoc proximum erit, scribant, seu referant, vt opportunè possint abusum omnem tollere.

LVII. *De sacrificio missæ, & pœnitentiæ sacramento.*

explicat const. p. 1. c. 10. n. 2. & p. 2. c. 18. n. 4. ex d. 18. c. g. 9.

1. QVilibet sacerdos semel in mense pro se, vel suis parentibus, aut quocumque alio ad suum libitum missæ sacrificium poterit celebrare.

2. Qua-

2. Quater in anno singulis professis, cum eis videbitur, peccata sua confiteri licebit cuilibet ex nostris sacerdotibus, etiamsi sacerdos ille deputatus confessarius domus non sit: dummodo tamen, vel sit approbatus à Superiore, vel fuerit semel approbatus ab aliquo Ordinario cuiuscumque loci. Non intelligatur tamen hoc de casibus reseruatis, à quibus sine debita licentia absolui non poterunt.

explicat const. p. 1. cap. 10. n. 4. ex d. 4. c. g. 10. ex d. 18. c. g. 9.

LVIII. *De Nouitiatu Siciliæ.*

1. A patribus capit. generalis 17. approbata & confirmata fuit translatio nouitiatus à domo S. Agathæ Messanę ad nostram domum S. Michaëlis Catanę iam antea facta per consultationem generalem, sicut & nos approbamus, & confirmamus.

determinatio iuxta potestatẽ, quam habet capitulum, & consultatio, vt in const. p. 4. cap. 24. n. 4. & p. 2. c. 8. num. 5.

LIX. De *festo immaculatæ conceptionis B. Marię Virginis, ac festo S. Michaëlis Archangeli.*

1. DEcernitur, quod in tota nostra Religione, etiam in collegijs celebrari debeat solemniter festum immaculatæ conceptionis Beatissimę Virginis Marię, adinstar festorum primæ classis. In omnibus etiam nostris ecclesijs, quæ B. Virgini sunt dicatæ, omnes, & singulę eius festiuitates, etsi de præcepto non seruentur à cæteris, à nostris tamen solemniter celebrentur. In quibus verò, & in omnibus alijs solemnitatibus in sextam feriam incidentibus semper erit ieiunandum ad præscriptum constitutionis, & decreti 45. R.

ex d. 1. sess. 9 c. g. 16.

addit const. p. 1. cap. 9. num. 3. iuxta dec. 54. n. 2. supra.

2. Festum verò Dedicationis S. Michaëlis Archangeli assumpti in patronum totius nostræ Religionis ob singularia beneficia ab eodem Archangelo recepta, solemniter celebretur, vt festum primæ classis cum octaua, in qua officium eiusdem Beatissimi Archangeli recitetur, iuxta concessionem nostrę Religioni factam à Sac. rituum congregatione sub die 5. Octobris 1669.

ex d. 2. sess. 15. c. g. 17. & ex d. 4. sess. 3. c. g. 18.

LX. & vltimum. *Quædam in capitulo generali XVIII. determinata declarantur.*

1. PRiuilegium concessum magistris nouitiorum ingrediendi capitulum prouinciale cum suffragio, vt in decreto 8. dicti capituli 18. non debet intelligi de magistro, qui decisiuo

concordatio priuilegij cum const.

ſuffragio adhuc non fruitur, qui eligi poteſt in nouitiatibus coniunctis ex noſtris conſtitutionibus par. 2. cap. 10. num. 2. Sufficit tamen ad hoc vt dicto priuilegio potiatur, ſi per ſucceſſionem tantum deciſiui ſuffragij ſit, illudque ante inceptionem capituli prouincialis conſequatur.

reſtringit facultatem capitulorũ, & conſultationũ p. 4. c. 28. cap. 24. & cap. 27. reſtringit poteſtatẽ, vt in cõſt. p. 4. cap. 15. n. 6.

2. Religioſi illi, qui ob ſua merita conſequuti ſunt votum perpetuum in capitulis generalibus, vel prouincialibus non obligentur ad acceptandum aliquem gubernationis gradum, quod ſi ſponte acceptauerint, & poſtea illum renunciare voluerint; ex ijs, qui iuxta noſtras leges renunciari poſſunt; eorum renunciatio non poſſit acceptari, niſi quatuor ex quinque concurrentibus votis conſultationis prouincialis, aut generalis. At in vltimo anno, ideſt incepto vltimo anno ante capitulum prouinciale, aut generale, ſi in eo ex vi officij deberent cum ſuffragio interuenire, eorum renunciatio ſit omnino inualida; ſimiliter, & acceptatio; etiam ſi omnia concurrant vota: ſed tunc in eo capitulo, licet duplici titulo poſſint interuenire, tamen vt alij vnico tantum ſuffragio ad omnia concurrant.

declarat iuxta ea, quæ habentur c. 24. n. 5. cõformatur conſt. p. 3. c. 4. n. 4. & p. 4. c. 28. n. 16.

3. Similiter huiuſmodi patres, qui votum perpetuum in capitulis obtinuerunt, habeant facultatem faciendi prænominationem, iuxta conſt. p. 4. cap. 24. num. 15. conſultationi generali, ſicut & omnes alij, qui habent ius capitulum ingrediendi cum ſuffragio. Et ad capitulum accedentes; dum à loco capituli diſtant; illa domus impenſas itineris, & alias neceſſarias ſoluat, in qua religioſi illi, vt aſſignati commorantur.

ad mentem conſtit. p. 4. cap. 24. n. 4. & 15. & decretorũ ſuprapoſitorũ.


4. At ſi in aliqua prouincia excreuerint dicti patres ſcilicet lectores, concionatores, auctores librorum, & magiſtri nouitiorum ſupra duodecim, tunc illi, qui vltimo declarati fuerint, ſiue in capitulo generali, ſiue in conſultatione, gaudere non poterunt huiuſmodi iure voti perpetui; nec prænominationem facere; nec capitulis intereſſe, quouſque alij deficiant, & ipſi ſecundum antiquitatis ordinẽ dictę declarationis locum habeant; adeo vt numquam aliquis, vel aliqui vltra duodecim in capitulis prouincialibus ex prædictis patribus, tum lectoribus, tum concionatoribus, tum auctoribus librorum, tum magiſtris nouitiorum, præſcriptum numerum duodenarium conficientibus, cum voto perpetuo interueniant. Et ſi quis ex iſtis duodecim impeditus quacumque ratione non poterit intereſſe capitulo, vel alio titulo capitulum ingrediatur, non valet aliquem ſuo nomine ſubſtituere, vel ſubrogare (niſi alia ratione ius ſubſti-

tuendi

tuendi ei competat): nec etiam alii ex ijs, qui iam declarati sunt voto perpetuò gaudere. Si autem vnus, aut plures ex dictis duodecim capitulo iam incepto moriantur, aut alio modo defecerint, nemo pro illa vice in deficientis locum, capitulum ingredietur. Tandem si contingeret inter aliquos ex istis oriri controuersiam de præcedentia, & cui ius ingrediendi capitulum competeret, stetur antiquitati declarationis: & si in eodem capitulo fuerint declarati: stetur antiquitati Religionis.

Et sic bene stare iudicatum est, omnia suprascripta decreta, quorum aliqua sunt emendata, & reformata; alia restricta, aliaquè ampliata, & aucta eo modo, & ordine quo sunt posita, vt habetur ex decreto XXIII. capituli generalis XIX.

Ad laudem, & gloriam
Resurgentis Domini
semperque
Virginis Dei genitricis Mariæ,
&
Archangeli Michaelis
cælestis militiæ
Principis.



INDEX DECRETORVM

INDEX DECRETORVM Capituli generalis decimioctaui.

Numerus antecedens decretum, subsequens paginam signat.

INDEX DECRETORVM Capituli generalis deciminoni.

Numerus antecedens decretum, subsequens paginam signat.

gero

INDEX DECRETORVM REFORMATORVM.

Numerus antecedens decretum, subsequens paginam signat.



IN-

INDEX RERVM.

d. decretum. c. capitulum. g. generale. R. reformatum. n: numerum significat.

Assistens

Con-

D

fa-

Hos-

M

nes

Præ-

Re-



Mendæ
quæ irrepſerunt
in decretorum impreſſionem
purgandæ relinquuntur
lectori.

Re-

Resolutiones sacræ Congregationis super decreta capituli generalis X.

I. *Consultatio semel saltem in hebdomada habeatur, die per Generalem designanda; quod si conuocari non poterit, vltra sequentem hebdomadam ne differatur.*

II. *Si Generalem vltra duas dietas legales proficisci contigerit; ipse Generalis vnum ex corpore consultationis tantum, in Vicarium Generalem deputare possit.*

III. *Generalis solus negotia in consultatione proponat, si autem quilibet ex consultoribus aliquid de rebus, quę ipse Generalis in consultatione expedire tenetur, proponendum censuerit, Generali illud consignet, qui in illa ipsa consultatione, aut in alia immediatè sequenti omnino proponat; alias ipse consultor, qui proponendum censuit, concurrentibus duobus alijs iuxta decretum, proponere possit.*

IV. *Potest Generalis recludere in cubiculum patres gubernationis generalis ad octo dies, ob culpam tamen grauem.*

V. *Decretum de iuribus Assistentium omnino tollatur.*

VI. *Decretum de literis cum particula* (soli) *omnino seruetur.*

VII. *De vestibus seruetur omnino constitutio, præter quã, quo ad pannum saxanensem, cui addatur, vel alio simili, cum hodie pannus saxanensis non sit in vsu.*

VIII. *Patres gubernij generalis mortificentur à generali, vel eius vicario, siue etiam à Vicepræposito de Generalis, vel eius Vicarij Generalis licentia, siue expresso consensu singulis vicibus.*

IX. *Circa præcedentiam patrum gubernij generalis. Sanctissimus audita sententia congregationis visitationis, constitutionem p. 4. c. 10. n. 6. omnino seruari mandauit; præter*


præter quam quod si aliquis ex patribus huiusmodi, domo exire voluerit, Viceprapositus verò, & eius vicarius extra domum sint, patres gubernij prædicti licentiam, & comitem petant non ab antiquiori ex religiosis domi existente; sed à primo ex ipsis patribus gubernij generalis; comes verò, sicut præfertur, datus, benedictionem à præside locali domus petere teneatur.

X. *Controuersia verò, quæ inter Prouinciales, & eorum Assistentes, vel religiosos, seu alias illorum occasione vertantur; aut alias de cætero oriri contigerit, à Generali, & consultatione examinentur, definiantur, ac terminentur.*


Et licet hæ resolutiones iam insertæ suis locis in constitutionibus habeantur; placuit nihilominus hic illas apponere. Vt cumulatè religiosis omnibus satisfiat.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.



I. de Ang. Archiep. Vrb. Vicesg.



Imprimatur.

Fr. Raymundus Capisuccus Sac. Palatij Apostolici Magister Ord. Prædicat.